BIBLIOTEKA UNIWERSYTECKA
KUL Rkp. 374

Rkp. 374
BIBLIOTEKA K.U.L. UNIWERSYTECKA

BIBLIOTEKA K.U.L. UNIWERSYTECKA

Rkp. 374

De Sacramentis in genere.

Vocabulum Sacti in 3plici sumitur sensu: In politico seu civili, in biblico, et Ecclesiastico.

1o In sensu politico 3plicem habet pariter sensum: 1o Ut notat Varro, designat aliquando pecuniae summam nempe: Litigantes certam quantitatem apud sacerdotes posuerunt: Victor in lite levabat depositam summam apud sacerdotem: victus autem non accipiebat pecuniae quidquam amplius, sed in utilitatem pecuniam hanc sacerdotes convertebant, et haec summa relicta designabatur per vocem sacramentum. 2o Apud Ciceronem sumitur pro juramento militari, quo illi vovebant, se statum suum deserere nolle, atque ideo milites dicti sunt sacramentarii. 3o In sensu laxiori, designat omne juramentum, et in hac significatione saepius occurrit, sacramentum dare, praestare, recipere, sacramento contendere.

2o In sensu biblico vox haec 3plicem sumit significationem 1o pro tota doctrina Evangelica ad Ephes. 1. v. 9. Ut notum nobis faceret sacramentum voluntatis suae. 2o Sacramentum etiam significat arcanum quoddam mysterium 1. ad Tim. c. 7. v. 16. Mysterium incarnationis dicitur sacramentum. Magnum sacramentum pietatis Deus manifestatus est in carne. Lib. 1o Apoca. c. 17. Dicam tibi sacramentum mulieris, id est rem secretam, quam per mulierem designat. 3o Sumitur pro

a.

re latente seu secreta. Tob, 12, Sacramentum regis abscondere bonum est, id est rem latentem et secretam.

3° In sensu Ecclesiastico 2um habet sensum 1mo Denotat quamcumque Caeremoniam sacram etiam a sanctis Patribus institutam. Ita S: Augustinus signum Crucis vocat Sacramentum, et haec potius Sacramentalia dici deberent. Sacramentum enim a Christo institutum, et infallibiliter tantam gratiam habeant. Sacramentalia vero neque a Christo sunt instituta, neque gratiam conferant, sed tunc, cum aliquis cum viva fide suscipit, aut ut Scholastici loquuntur, illa non ex opere operato, sed ex opere operantis gratiam conferant.

2° Et tandem sacramentum designat signum sensibile efficax gratiae divinitus institutum et in hac significatione nos, hic illud sumimus generice. — Sacramentum est signum sensibile a Deo permanenter institutum ad consecrandum exterius hominem Deo et producendam in eo gratiam sanctificantem. V: Brevius, Sacramentum est signum sensibile efficax gratiae divinitus institutum.

Coroll: 1um Sacramenta neque sunt sigilla divinae promissionis nec mera nostrae in Deum pietatis signa nec utrumque simul.

Coroll: 2um Sacramentum habet habet rationem signi

sacri, tum ratione rei significatæ, quia Sacramenta ve„
tera, Xtum venturum gratiamque per eum dandam signi„
ficabant, nostra vero Xtum venisse, Evangeliique gratiam
significabant, et ex opere operato producunt; tum ex parte
Subjecti; quia Sacramenta sunt signa se ipsis sacrantia
eos, quibus applicantur, iisque justitiam suo quoque modo con„
ferentiam. —

Scholion. Nec Manna, etsi Eucharistiæ figuram: nec æneus
serpens, etsi figuram Xti gratiæ authoris vera fuerant
apud Judeos Sacramenta, quia signa haec speculativa erant
non practica, non se ipsos sacrantia; idem est de aqua lus„
trali apud Xtianos, de signo Crucis etc.; quæ in superstitione
Sacramenti deficiunt, quia a Xto instituta non sunt. —

Nota 4o Distinguitur hominum status: 1o Innocentiæ ante
lapsum protoparentum 2o Legis naturæ post lapsum
ante legem Moisis 3o Legis scriptæ quæ proselitos et Israe„
litas usque ad mortem Xti devinxit.
4o Legis gratiæ qui ab Evangelii tempore usque ad consumationem
sæculi perseverabit.

1. Coroll: 1um Nulla fuere in statu innocentiæ Sacramenta. —
An autem extitura fuissent Sacramenta in illo statu, si
perseverassent, certo definiri non potest. Probabile tamen
est non defutura fuisse statui huic Sacramenta. 1o Quia
hoc in statu fuisset vera religio. Atqui dicente Augustino

in nullum nomen coagulari Religionis homines possunt, nisi aliquo Sacramentorum visibilium consortio colligentur.

2° quia juxta plures Theologos in illo statu homines peccare potuissent saltem venialiter, imo et letaliter, licet raro, ergo congruum erat, ut gratiam recuperare possent per Sacramenta

Collar 2um Extitit aliquid in lege naturæ Sacramentorum contra peccatum originale, ut constat ex Augustino contra Julianum: Nec ideo credendum est ante Circumcisionem famulos Dei nullo Sacramento opitulatos fuisse parvulis suis, quamvis quid illud esset, Scriptura sacra latere voluerit. Probatur ex Innocentio 3° de Babtismo ubi hæc hbt. Absit ut universi parvuli pereant, quorum quotidie tanta multitudo moritur, quia et ipsis misericors Deus, qui neminem vult perire aliquod remedium procuravit ad salutem. Unde sic si parvuli sub lege naturæ nullum habuissent remedium contra peccatum originale, ingens eorum multitudo periisset in æternum; — atqui tanta ætatis parvulæ strages admitti nequit sub Deo, qui neminem vult perire ergo — — —

Corollm 3um Lex vetus habuit Sacramenta. Probatur ex S: Augustino: Sacramenta veteris legis oblata sunt, et alia instituta sunt. — Probatur ex Concilio Tridentino Sess: 7. Can: 3

4

Si quis dixerit novæ legis Sacramenta, à Sacramentis antiquæ legis non differre, nisi quia Cæremoniæ sunt aliæ, et alii ritus externi; anathema sit.

Coroll. 7um Habet etiam lex nova Xti Sacramenta sua, eaque 7em numero non plura non pauciora. — Probatur ex concil: Trident: Sess: 7a Ca: 1. Si quis dixerit sacramenta novæ legis non fuisse omnia a Xto Jesu Domino nostro instituta, aut esse plura aut pauciora, quam 7em videlicet Baptismum Confir: etc.. etiam aliquid horum 7em non esse vere et proprie Sacramentum anathema sit.

Quis sit Author Sacramentorum?

Xtus omnia novæ legis Sacramenta instituit mediate. Probatur qui Ecclesiam fundavit censetur et columnas ejus posuisse, nisi aliud ex verbo Dei constat: atqui Xtus indubie fundavit Ecclesiam, cujus ex omnium confessione Sacramenta bases sunt et columnæ ergo mediate probatur ex Trid: Sess: ca: 1 Ubi, si quis dixerit Sacramenta novæ legis non fuisse omnia a Jesu Xto D: Nostro instituta anathema sit.

Unde fide sit Xtum mediate instituisse Sacramenta?

R: N: cum Xto solo Ecclesia, et aliis passim. Quia 1o nihil erui pot ex verbo Dei, quod mediatam institutionem invicte probet. 2o Quia Stus Synodus, ubi Sacramentorum institutionem expedit, de industria abstinet ab iis vocibus, quæ mediatam Xti actionem exprimerent, ergo —

An Xstus Sacramenta instituit non solum ut Deus sed et ut homo? R: Affirmative. Duplex enim distinguitur in Xsto potestas, alia authoritatis, quae etiam suprema dicitur, alia Excellentiae, quae licet suprema non sit habet tamen praerogativas singulares. Per priorem instituit Sacramenta ut Deus, per posteriorem ut homo.

Quis est Minister Sacramentorum?

R: Minister Sacramentorum secundum legem Dei ordinariam est solus homo viator, non tamen quilibet cujuslibet. Probatur, quia solis hominibus dictum est Mathei 28. Docete omnes gentes baptizantes eos. Lucae 22. hoc facite in meam commemorationem. Solis hominibus dictum est Joanni: 20. Quorum remiseritis peccata remittuntur eis.

Utrum omnis homo omnium sacramentorum est Minister?

R: N. Prob: ex Trid: Sess: 7 Can: 10 ubi sic: Si quis dixerit Xanos omnes in verbo et in omnibus Sacramentis habere potestatem, Anathema sit.

2. An malus minister valide conficiat sacramenta?

R: Valent sacramenta a ministro improbo rite collata. Est de fide secundum id Tridenti. Si quis dixerit, ministrum in peccato mortali existentem, modo omnia essentialia servaverit, non conficere aut conferre sacramentum, Anathema sit. Sess: 7. C: 12.

An Peccat malus minister?

Peccat mortaliter per se loquendo, saltem qui ex officio Sacramenta in statu peccati mortalis, conficit vel administrat.

Probatur ex Scriptura, Levit: 22. Omnis qui accesserit de stirpe vestra ad ea quae consecrata sunt in quo est immunditia peribit coram Domino. Et S. Gregorius ait: mundamini qui fertis vasa Domini.

<u>Coroll:</u> Ex officio sacramenta conferens a novo peccato excusari potest: 1º propter invincibilem sui status ignorantiam. 2º Propter repentinam administrandi necessitatem, quae ita urgeat, ut desit spatium procurandae contritionis. Tunc enim e duobus malis, eligendum est minus, minus autem malum est, ministrare sacramentum in statu peccati, quam illud non conferre infanti v.g. cujus proxime aeterna salus periclitatur

<u>Scholion.</u> Circa hanc necessitatis casum, 2º notanda sunt, 1º Immunem non fore a peccato eum, qui necessitatem hanc praevidere posset, ut praevidere possunt et debent, qui in amplis nosocomiis, aut in exercitibus ministrant. 2º Extra casus seu pueruli animam agentis, seu lapidari decidentis e tecto, qui transeuntem sacerdotem mire ‡ ~~[illegible]~~ ait, cum ad id brevissima temporis mora sufficiat.

‡ perturbarent, rarum est atque adeo omnem contritionis actum impotens sit

<u>Coroll:</u> An enim Presbiter aut Laicus, qui in casu necessitatis baptizat, sit novi peccati reus, res est inter Theologos controversa, plures tamen Theologi putant, peccati reum et quidem 1º Quia quamvis Laicus in casu necessitatis baptizans non agat, ut Ecclesiae Minister, agit autem certe ut minister Christi, ejusque personam sustinet, sicut sacerdos solemniter baptizans: atqui videtur graviter exigere statum gratiae ne Christi et Christi dignitas et Sanctitas graviter laedatur. 2º Quia sicut necessitas non efficit, ut sancta sancta non

non sint, sic nec efficit, ut (sanitate) sancte tractare non debent.

Coroll: 1. Laicus qui in casu necessitatis baptizat, et sacerdos qui in eodem casu absolvit aut unctionem extremam confert, tenetur si licuerit per tempus se excitare ad contritionem, priusquam haec sacramenta conferant, alias multiplicant peccata pro numero sacramentorum, quia ut singuli Baptismi, sic et absolutiones singulae, totidem sunt actiones integrae et completae.

Coroll. 2: Mortaliter peccat sacerdos, qui reus excipit confessiones, etsi animum habeat v. excitandae in se contritionis v. etiam in sua peccata deponendi prius quam poenitenti absolutionem impendat, quia Confessionis auditio, licet non sit confectio sacramenti, est tamen actio sacramentalis, utpote ad conficiendum sacramentum proxime ordinata.

Coroll 3um Ille qui mortalis noxae sibi conscius Eucharistiam ab alio ministrat consecratam novae culpae mortalis reus est. Unde eum oporteat confiteri circumstantias notabiliter agravantes, necesse est, ut in confessione exprimat, v. numerus eorum, quibus facta est distributio v. saltem tempus circiter distributionis. Ratio est quia tot peccata supponit admisisse quod personis hostiarum distributionem fecit. Si tamen sacerdos plures uni hostias simul daret, unius soli peccati reus fieret, quia una tantum esset distributio.—

6

Coroll: 4um Graviter etiam videtur esse reus, qui ex officio Eucharistiam extra administrationem tangit, seu immediate puta ut ab uno vase in aliud immittat, seu mediate, ut si eam in processione circumgestet.

Coroll. 5um Et certius graviter peccat, qui in peccato mortali cum hostia populum benedicit. 1o Quia haec propria sacri officii functio, quae ministro graviter reo sub interminatione divini judicii prohibita est ab Ecclesia, ut patet ex dictis. 2o Quia is cum hostia benedicendi actus sine gravi indecentia exerceri nequit ab eo, qui Xti ocalis ipso daemone pejor est. Quia tamen in eo casu non dispensat proprie sacerdos sanguinem Xti, minus peccat, quam si Xtum conficeret, aut administraret.

Coroll: 6um Gravis etiam peccati rei sunt Diaconi et Subdiaconi, qui ordinum suorum functiones in eodem statu exercent 1o Quia hinc locum habent probationes initio adductae, quarum nonullae Diaconos specialibus tangunt; 2o Ex Thoma, quicumque cum peccato mortali aliquid sacrorum offitium pertractat non est dubium quin indigne illud faciant, unde patet, quod mortaliter peccat. Atqui etiam et Subdiaconi et si eorum actio non est sacramentalis, attamen Ecclesiae nomine exercetur ut sacra.

Aliud est de Clericis minoribus, tum quia eorum munia hodie a Laicis perinde ac Clericis exercentur, tum quia functiones eorum nimis distant ab actione sacrificii.

Quid de eo statuendum, qui in peccato mortali sacram communionem habet? R: Docet S. Thomas, vel hominis hujus peccatum est publicum vel occultum, si est occultum, vel ex contemptu et sine poenitentia, aut cum poenitentia. Dicendum ergo, si aliquis est in peccato publico, non debet publice praedicare vel docere. Si vero est in peccato occulto, et sine poenitentia, tunc provocat Deum, quia simulat. Si vero peccatum est occultum, et dolet, non peccat praedicando, vel docendo. Si: am si publice loquitur contra peccatum, quia detestando aliorum peccata, detestatur etiam suum.

An liceat sacramenta recipere a malo Ministro?

R: Triplex est genus eorum, qui peccant Sacramenta ministrando, alii ideo peccant, quia sunt in statu peccati, alii quia per censuras arcentur a ministerio, alii quia carent, jurisdictione necessaria ad validam Sacramenti confectionem: his praemissis respondetur 1o Nefas esse exquirere Sacra a malo Sacerdote, seu exposito, seu parocho, quoties ea a bono recipi possent, cum eodem fructu. 2o Peccat graviter, qui a sacerdote legitima jurisdictione destituto sacramenta petit, quia sine causa id exigit, quod sine certa Sacri nullitate, ac proinde sine inani sacrilegio fieri nequit. 3o Licitum est in casu extremae necessitatis recipere baptizmum, a malo Ministro, etiam si is excommunicatus denuntiatus sit. Neque etiam nobis dubium sit, quin a Ministro etiam propter Haeresim

propter actuale propositum, quod antea habitum est, nec per actum contrarium aut incompossibilem revocatum fuit, et interruptum, ut si quis altare adeat animo consecrandi; et mente in decursu distracta consecrationis formam quasi mechanice pronunciat. 9o Habitualis est intentio, non retractata quidem, sed tam longo interrupta tempore, ut nec formaliter, nec virtualiter perseveret. 10o Interpretativa est ea voluntatis dispositio, ex qua quod hoc et illud ultro faceret, si attenderet id faciendum esse.

4\. His praenotatis sequentia fluunt corollaria.

Coroll: 1um Ad validitatem sacramenti, non sufficit intentio exterior jocandi, sed requiritur vera quaecunque tandem sit, intentio faciendi id quod facit Ecclesia. Haut tamen requiritur, intentio faciendi id, quod facit Ecclesia vera, ubicunque ea sit.

Coroll. 2 Ad sacramenti validitatem, non requiritur intentio explicita, seu producendi effectum sacramenti, seu conficiendi sacramentum, seu celebrandi ritum externum, ut in se revera et absolute sacrum. Unde sufficit, quod quis talem ritum peragere vellit, ut ritum qui a Christianis habetur pro sacro.

Coroll 3. Intentio externa qua quis Ecclesiae ritum externus quidem serio quidem peragat, sed intus, et diverse tamen et fingere, et ut rem mere naturalem aut profanam exercere vult, non autem formaliter, ut ritum Ecclesiae

aut sacram in ea ceremoniam; non sufficit ad valorem sacramenti.

Coroll. 4. Ad validam sacramenti confectionem, non sufficit intentio habitualis et interpretativa.

Coroll. 5. Ad validam sacramenti non requiritur intentio actualis, sed sufficit virtualis.

Coroll. 6. Valet sacramentum collatum sub conditione de praeterito, aut de praesenti, si purificata sit conditio, id est si extiterit de facto, et existat actu, quia voluntas conditionalis, posita conditione, transit in absolutam; aut non valet collatum sub conditione libera, futura, nisi forte in casu Matrimonii de quo alibi. Hinc valet Baptismus et poenitentia sub his formulis collata, si non est baptizatus ego te baptizo. si vis ego te absolvo.

Coroll. 7. Non licet apponere sacramentis conditionem de futuro, de praeterito autem et praesenti, quandoque licet, quandoque non. Licet uti hac forma: ego te baptizo si non es baptizatus: non licet autem uti hac, ego te absolvo si es praedestinatus, et si es dispositus absolvo te, quia sic exponetur sacramentum nullitati, quae graviter poenitenti praejudicium afferre posset, cum valide et utiliter absolvi queat, etiam non praedestinatus. Non licet etiam absolvere cum conditione hac, si est dispositus eg

ego te absolvo, quia sine causa recederet, ab Ecclesiæ praxi, quæ hujusmodi conditiones abbegat.

5. An qui retenta intentione baptizma irritum facit, se ipsum etiam cum vitæ periculo prodere teneatur?

R: Tenetur nisi damnum hoc aliter reparari queat, quisque enim salutem æternam proximi, vitæ suæ temporali præferre debet.

An intentio errans possit esse interna, hoc est, an baptizet quis valide marem, ratus se esse feminam?

Ad valorem cujuscunque, præter Matrimonium, Sacramenti sufficit, ut persona sit confuse determinata, unde qui baptizat, sive circa personam erret, sive non, valide baptizat, quia præsentem quisquis ille sit baptizare intendit. Si tamen existimans, se marem baptizare, excluderet feminam non staret baptizma.

An intentione legitima prædictus censeri possit, qui cogente mortis metu Sacramentum conferret?

Ita est quia ad valorem Sacramenti sufficit vera intentio faciendi quod facit Ecclesia, atqui intententionem hanc habere potest, quis ex metu, seu juste seu injuste ~~ex~~ incusso incausso efformare ergo valet.

Quid sit materia et forma Sacramenti?

Materia Sacramenti est illud omne quod, cum adhuc indeterminatum sit ad esse Sacramenti, seu ad significandam et producendam gratiam indiget ab alio ad id determinari. Forma vero est illud omne, quod materiam determinat Sacramenti

Sic in baptizmo ablutio est materia, quia de se indifferens est ad lotionem corpoream et spiritualem: hæc autem verba baptizo te, prolata cum debita intentione sunt forma, quia ablutionem determinant ad lotionem spiritualem.

Coroll. Quodlibet Sacramentum novæ legis constat materia et forma.

Quodaplex sit Materia?

Materia Sacramentorum est duplex: remota et proxima. Materia remota est res vel actus sensibilis, cujus applicatione (vel destructione in poenitentia) conficitur Sacramentum. Remota Proxima vero est actio, qua eadem materia remota aplicatur, sic in baptizmo aqua est materia remota, et ablutio, qua aqua hæc applicatur, materia proxima.

Quomodo materia et forma sibi coexistere debeant, seu ut brevius aiunt, qua debeat esse utriusque simultas?

Requiritur simultas physice præsens. Probatur,# quia in composito morali, quale est Sacramentum, sufficit simultas moralis; unde si quis post factam ablutionem, chrismationem, aut unctionem statim verba pronuntiat, valet Sacramentum, quia forma etiam tunc censetur juxta communem usum veraciter dici. Si autem quis ablueret, et post unum pater et ave, dicat abluo te, mentiri censebitur, quia verbum abluo, rem præsentem, seu quasi præsentem exigit ut verificetur. Aliud est in poenitentia

in eucharistia, in aliis vero Sacramentis sufficit moralis, quæ tamen non sit eadem in omnibus. Probatur. 1º quia pronomina hoc et hic, quæ consecrationis formam ingrediuntur, verificari non possunt, nisi materia sit physice præsens. 2º quia in etc.

et forte in Matrimonio, ut ibidem videbimus.

An Xtus Sacramentorum materias et formas determinaverit?

Probabilius est, Xtum cujusvis Sacramenti materiam et formam determinasse, secundum speciem.

N. Materia mutari potest v. substantialiter, cum ex communi hominum judicio, non censetur eadem esse, quam instituit Xtus, ejusdem tamen cum illa nonnullis discrepit, quam Xtus instituit ejusdem tamen cum illa ratione. Sanci ratione mutatur forma substantialiter, cum non idem remanet verborum sensus: accidentaliter vero, cum idem manet.

6. Quae mutatio in Materia v. forma sacrorum irritet?

Mutatio substantialis materiae et formae Sacramentorum perimit non accidentalis. Longe facilius obrepit mutatio in formam, idque sex praecipue modis, quos quis sic expressit.

Nihil formae demas, nil addas, nil variabis
Transmutare cave, corrumpere verba morari.

Scholion 1um Mutatur forma additione extraneai verbi unius v. multiplicis, et tunc valet aut deficit Sacramentum prout aditio debitum sensum servat, aut corrumpit. Unde nihil conficies si dicas, v. cum Eunomianis, Baptizo te in nomine Dei increati, et filii increati, v. cum Arianis In nomine patris majoris, et filii minoris. quia sic tollitur personarum aequalitas. et fides Ecclesiae in qua dantur sacrata, idem erit si dixeris in nomine Patris et B: M: et filii etc. quia sic conferri videtur Baptismus in nomine Creaturae proinde ac in nomine Trinitatis. De baptizmo sub hac formula collato: Ego te baptizo, in nomine patris et filii et Spiritus Sancti et B: V: statuit sanctus Thomas illud invalidum esse, si sic intelligatur, in nomine Bae. Vis conferri, sicut in nomine Trinitatis

quia talis sensus contrarius esset veræ fidei; valide vero si sic intelligatur, non ut quasi nomen B. V. aliquid operetur in baptismo, sed ut ejus intercessio prosit baptizato ad conservandam gratiam. Per contrariam gratiam ra- tionem non perit ritus formæ additione accidentali, un- de valide quis baptizaverit, in nomine patris omnipo- tentis, filii ejus unigeniti, et Spiritus paracliti. Item si post ultima verba formæ hæc addat, et B. V. te adjuvat. Idem est, si quis his consecret verbis: Hoc est corpus meum sanctum, pro humano genere cru- cifixum; secus si hac utatur forma, hoc est corpus meum aereum, quia vox aereum alienat vocem cor- pus, a propria significatione, quam intendit Xtus. —

Ita Consultus Zacharias Papa de Sacerdote, qui latini eloquii plane nescius infrigens linguam dicebat: Bap- tizo te in nomine patria, et filia et Spiritu Sancta respondit, si ille qui baptizavit non errorem introdu- cens, aut hæresim, sed pro sola ignorantia Romanæ locutionis, sic dixerit, non possumus consentire ut denuo baptizetur.

Scholion 3. Mutatur forma per variationem vocum, si voces varientur, tantum quoad dictionem stabit Sacra- mentum unde valet baptismus, si seu latine, seu vernacule pro- feras formam ejus: imo si quis latine nesciat, vel male

loquatur, potius erit, juxta Stum Antonium, ut patrio idiomate baptizet, nisi solemniter baptizet. Stabit etiam Sacrum, si quis pro voce adhiberi solita, vocem usurpet synonimam, unde si quis pro absolvo te dicat remitto tibi peccata tua, v. pro Hoc est, Istud est corpus meum. Sacrum perficitur idem et juxta S. Antonium, si pro baptizo v. absolvo te dicas, baptizo v. absolvo vos v. Majestatem vestram. At vero mutatio, quae tollit sensum, tollit rationem Sacri. Hinc si quis in poenitentia dicat abluo te a peccatis, in baptismo absolvo te ab originali peccato nihil conficitur, quia mutabitur principalis formarum significatio. Abluo enim a peccatis non exprimit sententiam judicialem, quae a ministro proferri debet.

Scholion 4. Mutatur forma transpositione verborum, quae cum sensum aufert, sacramentum tollit; alias non. Unde valet Baptismus, sub hac forma. In nomine Patris baptizo te. Valet et haec Eucharistiae consecratio: Hoc est meum corpus. Hic est sanguinis mei calix; non ista meum est hoc corpus, quia prima dicendi ratio, sensum servat, secunda nequaquam, qui enim dicit: Meum est hoc corpus, indicat tantum corpus illi ad illum pertinere. Qui vero dicit: Hoc est corpus meum, indicat id, quod non dum est corpus illi, fieri corpus illi, unde vox confuse indi-
7. cat aliquid, quod ex pane efficitur corpus.

Scholion 5^m Mutatur forma, per corruptionem termi-
norum, quae si tanta sit, ut verborum sensum destru-
at, cadet sacrum, ut si quis dicat, ego baptizo te, in
nomine patria Matrio. Si autem corruptio, ut si gravis
relative ad vim, quam termini primitus habent, non
noceat usuali eorum significationi, non desinit sacra-
mentum perfici; ut patet de baptizmo in nomine patria
et filia et c. t. —

Scholion 6^m Mutari potest formae sensus, per inter-
ruptionem, qua tollatur moralis continuitas actus, et
intercipiatur intentio Ministri. Unde si quis post pro-
lata haec verba, ego te baptizo in nomine Patris, ad
aliud se convertat, tam diu, ut posteriora verba
cum prioribus moraliter non conectantur, sacra-
mentum efficit tanto in actu, quanto fuerit pro-
lixiorum prolixiorum mora. Secus si tussiat silentium in-
terrat.

Coroll. Qui materiam aut formam sacramenti cujus libet
substantialiter mutat, lethaliter delinquit; qui vero ac-
cidentaliter, peccat aliquando mortaliter, aliquando non. —
Peccat mortaliter Graecus azymo, Latinus in fermentato
pane consecrans, v. qui parum aquam non miscet con-
secrando vino, v. qui germanice pronuntiet consecra-
tionis formam, v. haec omittat verba, novi et aeterni
Testamenti. Leviter vero peccant sine scandalo et contemptu
peccant, qui omittunt Ego a forma Baptismi. In no-
mine

Patris, et ab absolutione tolleret.

4to. Verba quae in conficiendis sacramentis adhibentur, possunt esse 1. promissoria, quae divinas promissiones in animum revocant, qualia possunt haec esse: qui manducat meam carnem, vivet in aeternum, 2. concionatoria, seu instructiva, quae alta voce prolata, excitant fidem suscipientis, aut saltem excitare possunt; 3. demum consecratoria, seu benedictionis, per quae materia sacramenti benedicitur, et ab usu vulgari, ad sacrum traducitur, fitque idonea ad effectum, quem Christus ab ipsa produci voluit.

8. Corall: Verba Sacramentorum vere sunt consecratoria, non concionatoria. Probatur: Rite enim confertur Baptismus a solo infanti Ministro infanti, et amenti soli; atqui tamen nulla hic habetur concio, cum hanc nec ad se ipsum Minister nec ad infantem, aut fatuum habere possit. Annotatur 1. nullam in parvulis aut perpetuo amentibus requiri intentionem, ut valide recipiant Sacramenta Baptismi, confirmationis, et Eucharistiae, de quo alibi. 2. Ad validam Eucharistiae receptionem, nullo opus est interiori consensu, quia cum Sacramentum illud debeat esse permanens, subsistit, ubicunque reponitur, etsi nullum, nisi in rite dispositis fructum pariat.

Quaeritur ergo de adultis, utrum sit ipsis necessaria interior intentio ad recipienda sacramenta?

R: Invalide Sacra recipit adultus, seu omnino reluctando, se mere negative habens. Probatur ex Innocentio 3o: ille qui nunquam consentit, sed penitus contradicit, nec rem, nec characterem suscipit Sacramenti.

Coroll: 2um Ut quis Sacramenta quaedam valide recipiat, non requiritur actualis aut virtualis intentio, sed sufficit quandoque habitualis et interpretativa. Probatur. Quia ex conciliis et Ritualibus baptizari debent moribundi, sensibus destituti, si antea baptismi desiderium exhibuerint, et qui tamen in hujusmodi personis nulla est intentio actualis, aut virtualis proprie dicta, sed solum habitualis, ergo: haec ad baptisma sufficit, et pari jure ad confirmationem; an ad reliqua Sacramenta sufficiat suis in locis discutiemus. —

Quaeritur an muti et surdi a nativitate, baptizari possunt? Sunt graves viri, qui surdum mutum et caecum ab infantia baptizari vellint, sub conditione, si est capax, nempe incipiunt et hujusquoque salutem vult Deus, et consequenter gratias largitur, quarum mutus ipse et generatim velle possit, quid quid ad hanc salutem necessarium est, et de commissis a se peccatis sincere conteri. Alii rursum

dicunt, eosdem esse prius capacitatis experiendos, etsi non sint capaces docendos.

Praenotatur. Sacramenta a) sunt Mortuorum, quae conferunt gratiam primam, id est, quae hominem transferunt, a statu injusti ad statum justi; b) Vivorum, quae gratiam secundam largiuntur, seu hominem ex justo faciunt justiorem. Hinc quaerenti an ad validitatem Sacramenti receptionem requiratur fides

Coroll. 1m. Ad recipienda cetera Sacramenta praeter poenitentiam, non requiritur fides. Probatur: I. pars: quia non magis videtur fides necessaria in recipiente, quam in ministro, tum quia nullibi repetitur baptisma collatum anabaptistis, etsi ii jam adulti. Probatur II.da atqui ~~~~ Quia ad poenitentiam praerequiritur contritio saltem imperfecta, atqui haec sine fide subsistere non potest ergo etc.

Coroll. 2m. Ut Sacramenta vivorum cum fructu recipiantur, praerequiritur gratia sanctificans. Probatur. Quia cetera praeter baptizmum et Poenitentiam Sacramenta ideo vivorum Sacramenta dicuntur, quia vitam spiritualem supponunt, quod autem ad extremam unctionem restringi debeat.

Coroll. 3am Ad Sacramenta mortuorum non praerequiritur status gratiae ut Sacramenta Mortuorum fructuose recipiantur. Requiruntur tamen in adultis praevie fidei et pietatis dispositiones, uti sunt fides, spes et charitas, timor amor Dei initiatus, odium et detestatio peccati. —

Probatur 1a Pars. Baptismus et poenitentia ideo vocantur Sacramenta Mortuorum, quia pro spiritualiter mortuis instituta sunt, atqui non pro his, sed pro vivis instituta forent, si ad ea rite suscipienda praerequireretur status gratiae ergo —

Probatur 2a pars. quia ex dicendis Sacramenta iis solum gratiam conferunt, qui non ponunt obicem: atqui obicem poneret, qui sine ullo fidei v. pietatis sensu ad eadem Sacra accideret.

9. Quaeritur An Sacra ficte suscepta reviviscant?

Praenotatur. Fictio 2ex est, altera intentionis, qua quis fingit, se velle recipere Sacramentum, quod non vult interius recipere, et de hac non loquimur in praesenti. Altera praeparationis, qua quis Sacrum recipit, absque necessariis dispositionibus, et haec v. est inculpabilis #, ut si quis ad baptismum accedens peccato mortali adhaereat

\# ut cum quis ad Sacramentum accedit existimans bona fide se sufficienter esse dispositum v. est culpabilis, ut si quis ad bap. etc. —

Coroll: Sublata fictione, reviviscit baptismus, ac proinde non solum fictionis venia, sed et baptismi effectus, seu gratia regenerans recipitur. Idem probabile est de ordine et Confirmatione.

Scholion. Ideo baptismi reviviscentiam admittunt passim Theologi cum S. Augustino et Thoma, quia alioquin baptismus utpote initerabilis esset semper frustratus effectu, qui tamen viro Itano ad modum necessarius est: atqui haec ratio in ordine etiam et confirmatione militat ergo — —

Quaeritur an Sacta oblato obice redivivo majorem conferant gratiam, pro majoris gradu dispositionis?

Respondeo affirmative. Probatur concilio Trid: Sess: 6. Can. 7. gratia adultis confertur, secundum propriam cujusque dispositionem # Fictio ipsa dispositus non est, v. positiva seu contraria, cum quis, qui baptizetur in statu aitum malum exercet, puta odii, v. privativa, cum quis culpabiliter caret dispositione necessaria, puta actu detestationis erga peccatum ante comissum.

adeoque inaequaliter ubi inaequalis fit dispositio, Praenotatur fictio ad huc est negativa cum quis bona fide caret dispositione et forma[?] dispositionem, [?] ipsi [?].

Coroll. Ut reviviscat baptismus cum fictione positiva receptus, requiritur, v. contritio perfecta extra sacramentum poenitentiae v. attritio cum eodem Sacto. Ut vero reviviscat idem baptismus, cum fictione negativa susceptus sufficit attritio.

Quaeritur an liceat Sacta administrare peccatoribus?

Praenotatur. Peccatores alii sunt occulti, alii publici. Hi autem tales sunt, v. publicitate juris, cum de eorum crimine constat, seu per propriam ipsorum in judicio confessionem, seu per depositionem testium, seu per sententiam judicis v. evidentia seu notorietate facti, cum

nempe crimen aliquod coram tot testibus comiserit, ut illud jam nulla tergi versatione in tota vicinia celari possit.

Coroll: 1um Peccatori undecunque notorio sacra etiam publice petenti negari debent excepta poenitentia, et nonunquam matrimonio. Probatur. Math: 7. Nolite dare sacramentum canibus. Etiam et in Ecclesia cantus. Ecce panis angelorum - - - - - non mittendus canibus, atqui per canes designantur peccatores, manifesti docente Sti Thomae

Coroll. 2um Peccatori occulto petenti sacramentum negari debet, nisi Minister peccatum ejus rescierit per Confessionem. Idem faciendum, si coram iis petat, quos de crimine ejus certiores factos esse censet. Probatur Ex Rituali Roma: ubi dicitur: Occultos peccatores, si occulte petunt, et non eos emendatos agnoverit repellat.

Coroll 3um Peccatori occulto sacramentum publice petenti negari non debet. Probatur quia Xtus sua erga Judam praxi prohibuit, ne peccatoribus occultis negarentur sacra, et id prohibere debuit.

Quaeritur an non ad vitandam impietatem possit impio tradi Hostia minime consecrata? Non potest docente So Thoma, unde consultus Innocentius

3. de presbytero, qui cum se sciret in mortali crimine constitutum consecrationem omittebat, sic respondit, gravius videtur offendere, qui fraudulenter illud Mysterium praesumpserit simulare, cum non solum Deo, cui videtur illudere, sed populo, quem decipit, se adstringat. —

Quaeritur an Minister aliquam adhibere debeat diligentiam ut sibi moraliter constet de dignitate petentis?

Non una est pro omnibus similis regula, cum agitur de baptismo non ante adultum initiare debet, quam moraliter constet, eum instructum, satis et rite dispositum esse. In Confirmatione digni habentur, quos praesentant Parochi. Ad Eucharistiam boni praesumuntur, quibus nihil obici potest. In poenitentia minister ut judex moralem adhibere debet diligentiam, ut internam poenitentis dispositionem comparet priusquam absolvat eum, vel liget; de quibus alibi.

De effectibus Sacramentorum.

Effectus illi sunt Gratia et character.

Quaeritur an Sacramenta proferunt gratiam?

Praeponitur. Gratia generice sumpta, est donum supernaturale intellectuali creaturae, gratuito datum in ordine, ad

aeternam ejus salutem. Alia est actualis alia habitualis. Gratia actualis est supernaturale donum, per modum actus transeuntis conferendum, ut v. g. sancta intellectu cogitatio, v. pia in voluntate motio. Gratia habitualis seu justificans est supernaturalis quaedam forma, permanenter inhaerens animae, eamque v. a statu injustitiae ad statum justitiae transferens, et tunc dicitur gratia prima, quae mortuorum, v. a statu justitiae transferens ad statum justioris, et tunc dicitur gratia secunda quae vivorum vocatur. His praemissis sit:

Coroll 1um Sacta novae legis gratiam producunt proxime et immediate.

Coroll 2um Sacta mortuorum per se et primario gratiam primam producunt, et per accidens secundam.

Coroll 3um Singula Sacta gratiam sacramentalem, seu uniuscujusque Sacrati propriam producunt, hoc vero et ipsamet gratia sanctificans prout ad eam habet jus, ad gratias actuales, quibus Sacti finis obtineri possit.

Corll 4um Sacta solo numero distincta ut duo, baptismi, aequalem in subjectis aeque dispositis, inaequalem vero in subjectis inaequaliter dispositis, gratiam producunt. Ita vero distincta, ut Eucharistia et baptismus inaequalem. Probatur 1o quia Sactam operatur ut causa naturalis ignis, v. g. aequalem in subjectis aequale dispositis, disparem vero in iis, quae dispari modo dispositi sunt effectum producit.

b, a, c.

Probatur 2º Sacramenta quo sunt excellentiora, eo potiores effectus eo prox parere debent: atqui ex Sactis specie destin̄atis, alia aliis sunt excellentiora: si quis ait Conc: Trid: Sess. 7. Cno. 3. dixerit hæc Sacta inter se ita esse paria, ut nulla ratione aliud sit alio dignius anathema sit. Et quis negat Eucharistiam, quid unctione Extrema, ac ipso Baptismo præstantius,

Quæritur, quomodo sacramenta gratiam producant?

R: Prænotatur. Gratia dicitur produci ex opere operantis, cum datur propter meritum congruum et condignum, seu ministri seu suscipientis. Dicitur vero conferi ex opere operato cum datur vi et efficatia operis externi a Xto instituti, et subjecto debite aplicati, idque independenter ab omni actu seu ministri, seu suscipientis tanquam meritorio.

Coroll. 1um Sacta producunt gratiam ex opere operato. Ita Trid: sessio 7. Can. 8. si quis dixerit, per ipsa novæ legis sacramenta ex opere operato non conferi gratiam anathema sit.

Coroll: 2m Sacramenta gratiam non producunt physice. Probatur. Non est tribuenda Sacramentis nobilior operandi ratio, quam Xti passioni, cum illa, totam ab ipsa vim suam mutuantur; atqui passio Xti, non est causa gratiæ nostræ physica, sed meritoria solum seu moralis, ut docet Tridenti Sess: 6. ca. 5º

Coroll: 3m Sacramenta gratiam moraliter operantur. Probatur

Probatur: ut enim Sacra gratiam moraliter operen-
tur sufficit, ut causalitas moralis sit in rei veri-
tate causalitas proprie dicta: atqui causalitas
moralis est vere et propriè proprie dicta cau-
salitas in rei veritate, qui enim caedem imperat,
vera est homicidii causa: unde et David Uriam
interfecisse dicitur.

17. Quaeritur, quae est differentia novae et antiquae
legis: 1º Ritu externo. 2º Numero, qui apud Ju-
deos major, brevior est apud nos. 3º Facilitate
Baptismi, prae v.g. per circumcisionem. 4º Nobi-
litate, quatenus nostra a Xto, antiqua vero a
Moyse promulgata sunt. Verum an sicut ritu,
sic efficacia differant, non ita convenit.

Coroll. 1um Sacramenta legis antiquae in usu gra-
tiam conferebant, sed non ex opere operato
dempta circumcisione.

Coroll. 2um Sacramenta Mosaica gratiam produ-
cebant ex opere operantis. Probatur. Item operari
debuerant Sacra Judaica, quod legitima Judaico-
rum solemnitatum celebratio; atqui haec per se spe-
cta spiritualem gratiam pariebat, uti aper-
te docet Isaias cap. 56. qui custodierint Sabbatha
mea, et tenuerunt foedus meum, nomen sempiter-

16

num dabo eis.

Coroll. 3um Certum non est circumcisionem institutam fuisse in remissionem peccati originalis. Probatur Ille effectus circumcisioni certo adtribui non potest, qui neque ex Scripturis, neque ex patribus certo colligit, atqui talis est peccati originalis per circumcisionem remissio, ergo — —

Quaeritur an in Augustini sententia circumcisio labem originalem deleverit ex opere operato? Respondetur affirmative, id quod valet independenter a merito tum ministri, tum suscipientis, valet per se, seu ex opere operato, atqui secundum Augustinum circumcisio valet independenter ergo ex — — — —

De charactere.

Quaeritur, quid sit character? Resp: character sacramentalis est signum in anima indelibiliter impressum, per quod Christianus homo ab aliis distinguitur, fitque idoneus ad nonnulla, quae sunt cultus divini :/: puta in confirmatione et baptismo, :/ ad profitendam fidem, in ordine ad obeundas Ecclesiasticae ~~Catholicae~~ statu~~lia~~ functiones.

Quaeritur an et per quae imprimatur character? Praenoto. characteris existentiam primus omnium negavit Vicleffus, hunc secuti sunt, Hus, Lutherus, Calvinus et c.

Coroll. 1um Datur character sacramentalis. Probatur. Illud dogma admitti debet, quod in scripturis insinuatum, a traditione confirmatum, et tandem ab Ecclesia definitum. Sed character insinuatus est in Scriptura, sic enim loquitur Apostolus E. 2a ad Corinth. c. 1o, qui unxit nos Deus, et signavit nos. Idem dogma confirmatum est a SSti Patribus, Cyrillus inquit: signaculum sanctum et indelebile. Augustinus: Non facio injuriam charactere imperatoris cum errorem corrigo desertoris. Ambrosius: Repete quia accepisti signaculum spirituale. Demum id characteris dogma definitum est in Conc. Florent: et Trider: sess: 7a Can: 9. Si quis dixerit in 3bus sacramentis baptizmo scilicet confirmatione et ordine, non imprimatur character in anima, hoc est signum quoddam indelebile et spirituale, unde ea iterari non possunt, anathema sit.

Coroll: 2m Baptismus, confirmatio et ordo characterem imprimunt, non alia sacramenta, quod probatur ex Conc: Trid: Sess. 7a c. 9., si quis dixerit in 3bus Sacramentis: ut supra.

De essentia characteris.

Coroll. 1m Character non consistit in sancti inalterabilitate. Probatur ex Trident: Sess. ut supra.

Coroll. 2m. Character non est mera denominatio. E contra durandum.

Coroll. 3m. Character est ens reale, et constare videtur indelibilitate spirituali, cui tamen annexa est multiplex relatio.

Quaeritur an character sit prorsus indelebilis?

R: Character de potentia Dei absoluta (i. puta indelibilitas) deleri posset. Character est aliquid creati: nulla porro est creatura, quae adeo deleri non possit. Character in hac vita, nusquam delebitur, tum quia quaedam est consecratio, haec autem tam diu durat, quam diu res consecrata, tum quia nulla forma, si sit de se permanens, ut# contrarium non habet, unde iis etiam imprimitur, qui mortifera peccati labe infecti sunt. Post hanc vitam remanet character et in bonis ad eorum gloriam, et in malis ad eorum ignominiam, dicente Sancto Thoma.

nisi per contrarium deletur. Porro character est forma de se permanens, ut contrarium habe-te —.

12 De Caeremoniis et Sacramentalibus

Quaeritur quid sint Caeremoniae, et quomodo dividuntur?

R: Caeremoniae sunt actus externi in Religione ad Dei cultum, eius denique cultus ornatum legitime instituti, dividunturque 1o in divinas, quae Deum ipsum authorem habent, et Ecclesiasticas, quae ab apostolis eorumque successoribus institutae erant. 2o In eas, quae circa personas versantur, ut exorcismi, aspersio aquae, et eas quae versantur circa loca, tempus, ut templorum consecrat. e. c. t. 3o In generales, quae ubique, et particulares, quae nonnisi certis tantum locis observantur. ut jejunium Sabbathi

4º In temporales, quae ad tempus instituti sunt 5º essentiales, quae sine rei interitu, omitti non possunt, quales sunt, quae circa materiam, formam, intentionem, personam, et potestatem ministri versantur. Integrantes, quae licet ad Sacri substantiam, non pertineant, ad solemnitatem tamen ejus complendam graviter praescripti sunt, ut in Missa mixtio aquae cum vino; et accidentales, quae nec spectant ad essentiam nec saltem mox exposito actionem Ministerii complent: ut genu flexio, tunsio pectoris.

Coroll. 1m Potest Ecclesia sacros ad Dei cultum ritus instituere.

Coroll. 2m Sess. 21 c2. Ritus ab Ecclesia instituti pie et laudabiliter instituti fuere, est praesertim contra Calvinistas, qui nudum cultum in nudum cultum invehere.

Coroll. 3m peccat mortaliter, qui essentiales v integrantes ritus omittit, secus si solum accidentales aliquos, nisi esset scandalum. Probatur 1º, qui qui ritum essentialem omittit sacrae, sacrum irritat, et gravem in illud suscipienti injuriam facit. 2º qui licet partem solum integrantem omittit, sacramentum non facit nullum, transgreditur tamen Ecclesiae legem, in re gravi. Probatur 3º qui ritus pauros accidentalis, remote solum concurrunt ad sacramentum, nec graviter ad actionem ministerii conferunt, sed lesa

scandalo venialem tantum culpam induunt.

De Sacramentalibus.

Sacramentalia sunt res ad Dei cultum religioso ritu ab Ecclesia ordinatae, et ex communi fidelium persuasione ad hominum sanctificationem specialiter inservientes, et sunt quidem sex, hoc expressa versiculo.

Orans, tinctus, edens, confessus, dans, benedicens.

Orans, induit orationem Dominicam, ad quam accedunt aliaeque preces in Ecclesiis solemniter consecratis fusae, alii etiam peccatoris percussionem. Tinctus. denotat aquae lustralis sumptionem et receptionem tempore aspersionis.* Confessus. designat confessionem, quae publice fit feria quinta in Coena Domini, et eam, quae fit initio missae et quandoque ad primam et completorium. Dans idem est ac largiens eleemosynam. Benedicens Episcopi aut abbatis benedictionem exprimit.

* Edens panem benedictum qui et Eulogia dictus est ab antiquis. —

Quaeritur, an Sacramentalia gratiam per se producant? R. Nulla sunt Sacramentalia, quae veniales etiam culpas ex opere operato dimittant. Prenota. Sacramenta alia sunt mortuorum, quae conferunt gratiam primam, id est quae hominem transforment a statu injusti, ad statum justi, ut baptismus et poenitentia. Vivorum, quae gratiam secundam largiuntur, seu hominem ex justo, faciunt justiorem, ut confirmatio e.c.t. Iterum Sacramenta sunt iterabilia, et non iterabilia, iterabilia sunt illa, quae iterari possunt, ut Eucharistia, matrimonium, extrema unctio, et poenitentia. Non

iterabilia sunt illa, quae iterari non possunt, ut Eucharistia ut baptizmus Confirmatio et ordo. Rursum sacramenta sunt characterem indelebilem animae imprimentia, ideoque sunt iterabilia ut Baptismus etc. alia tantum gratiam sanctificantem parentia, quia sunt iterabilia uti sunt, Eucharistia, Mat: Ex: Unct: et Poenit:

De Baptismo.

De natura, divisione, et institutione Baptizmi

Quid sit baptismus et quodruplex? Baptismus est sacramentum novae legis, ad spiritualem hominis regenerationem a Xsto institutum, conferendumque per externam corporis ablutionem, sub certa verborum forma, et ille 3ex est, fluminis, sanguinis, et flaminis.

1o Fluminis, de quo nobis sermo est, est sacramentum generationis, per lavacrum aquae in verbo vitae, eu: est primum ac maxime necessarium ad spiritualem hominis generationem a Xto institutum conferendum per externam corporis ablutionem, sub certa verborum forma. 2o Sanguinis est passio seu martyrium hominis, nondum sacramentaliter baptizati. 3o Flaminis est ardens recipiendi Baptizmi desiderium, quod habet homo nondum baptisatus et vere contritus.

Quaeritur, an sit aliquod inter Ioannis et Xti Baptismi discrimen? R: est omnino, et quidem sequens 1o Quia

Joannes principale discrimen insinuavit se tantum in aqua baptizasse, ut Ibidem ait, ille vos baptizabit in Spiritu Sancto, scilicet Joanis baptisma initiatio tantum fuit in fidem, Christi vero interne renovabat 2º Actorum c. 19. 5. legitur, quod dum S. Paulus invenisset Ephesi aliquot tinctos tantum baptismo Joanis, ergo iterum illos baptizavit, baptismo Christi non baptizasset, si idem baptisma Christi esset quod Joannis.

~~Secunda~~ Quando nam institutum fuit sacramentum Baptismi? R. Probabilius est institutum fuisse ante passionem Christi, etquidem tunc, cum misisset Apostolos, praedicare et baptizare.

Q. Quotuplex sit materia baptismi et quae? R. Materia baptismi est duplex, proxima et remota. Remota est omnis aqua naturalis, seu elementalis, hanc enim instituit dicens: nisi quis renatus fuerit ex aqua et Spiritu Sancto non potest intrare in regnum Dei Joan: 3 et Mat. 3º eandem usurparunt Apostoli, eadem utendum esse tradiderunt Patres. Hinc nec aqua artificialis, ex rosis herbis, per deliquium s/ quovis alio modo distillata, nec glacies nec nix, nisi sint in aquam resoluta, nec vinum, nec saliva, lacrimae sudor, urina, mulsum nec sudor, qui tempore nimbosso e parietibus suboritur, nec nebula, pruina, nec oleum, sanguis, ptizana, offa, jusculum, aut cerevisia, lixivia perfecta, nec succus ex pomis, pyris, cerasisque expressus possunt esse materia baptismi. Materia proxima baptismi est exterior corporis ablutio, per aquam mediate, supra corpus baptizati fluentem. Non talis ablutio est materia remota, ad subjectum aplicatio. Hinc debet esse 1º Motus Corporis, maxime vero capitis, in quo omnes sensus vigent. Unde sequitur baptismum, in qua ablue

manus, & per infantis esse dubium, quia licet dicatur ablutus secundum quid non tamen dicitur ablutus simpliciter, et absolute: et ideo rituale docet, illum Baptismum esse sub conditione repetendum.

Quaeritur quomodo fieri potest ablutio ut sit validum sacramentum? R. 3us modo. 1o Per imersionem, ut hactenus apud Graecos, apud Latinos vero usque ad 12am saeculum. 2o Per infusionem ut hodie apud Latinos. 3o Per aspersionem, qua creditur usum fuisse S. Petrum quando una die 3000 hominum baptisavit.

Quia nullum ex his modis Xtus determinavit, ergo per quemcunque satisfit praecepto Xti. – baptizantes eos &c. ut dixi: ut validum sit Sacramentum, quia ut licitum sit, quilibet tenetur ritum praescriptum servare propriae Ecclesiae. Renotatur. Duplex est ablutio occisiva 1a, ut si quis puerum ablueat aqua ferventi, aut vere nata 2a quando puer mergitur sine emersione v.g. si quis infantem conjiciat in puteum, unde extrahi non potest.

7. Quaeritur, valetne ablutio occisiva ad baptismum? R. 1i Generis valet ablutio occisiva, quia reputatur moraliter usualis ablutio. 2i vero generis non valet, quia in illa nihil minus peragit, per quod diceretur abluere. Et quis diceret, hominem, alium abluere et lavare, si ligatis manibus et pedibus, aligato autem ad collum ingenti saxo eundem in mare projiciat.

Quaestio, quae nam est forma baptismi? Resp. Apud Latinos haec est: Ego te baptiso in nomine patris et filii et Spiritus Sancti. Apud Graecos vero, baptizatur

a me servus v. serva Dei N. in nomine patris et filii et spiritus sancti; quibus exprimitur distincte ~~[illegible]~~

Quaeritur, quaenam voces baptismi in forma necessario sunt pronuntiandae ut valeat sacramentum? Resp: 1o pronuntiari debent Te baptizo, quibus exprimuntur actio ministri et persona baptizanda, ut definierunt Alexander 3us et 8us pronuntiari debent hae voces: In nomine patris et filii et spiritus sancti, quibus exprimitur distincte personarum trium invocatio; tum quia Xtus eas designavit, tum SSti Patres semper rejecerunt baptismum ab haereticis collatum, absque hac expressa et distincta invocatione. 2o Pronuntiari debent verbum in nomine quo unitas naturae exprimitur, quia ita determinavit Xtus, unde qui diceret in nominibus tolleret sensum formae a Xto determinatae.

Coroll. 1m. Ad validitatem formae baptismatis haud necessarium est, ut pronuntietur verbum ego, v. verbum baptizo active proferatur; quia verbum baptizo implicite includit pronomen, non tamen omitti debet, ne a ritu Ecclesiae usu recedatur.

Coroll. 2m. Haec verba baptizo te, aut alia aequivalentia, citra periculum nullitatis in forma baptismi omitti non possunt.

Coroll. 3m. Melius sentiunt, qui particulam in ad validitatem sacramenti exigunt, quia incertum est, an vox nomine eundem habeat sensum, quem vox in nomine.

Quaeritur, quod sunt proprietates Baptismi? R:#, ~~xxx~~ ~~xx~~ necessarium necessitati praecepti, quod sine peccato non potest omitti culpabiliter et necessario necessitati medii, estque illud ~~xxx~~ sine quo, salus obtineri non potest, sive culpabiliter, sive inculpabiliter quis eo privetur, quod si non possit suppleri per aliud aequivalens, dicitur necessarium necessitate absoluta, talis est fides, spes, charitas, gratia habitualis etc., si vero possit suppleri, per aliud aequivalens, dicitur necessarium necessitate hypothetica, talis est Baptismus, qui possit suppleri, per baptismum sanguinis, v. flaminis.

proprietates Baptismi sunt duae, necessitas et unitas. Quae: quo duplex distinguitur necessitas ad salutem? Respon: duplex:

Quaeritur, utrum baptismus, sit necessarius necessitate medii ad salutem? R: Extra casum martirii, omnibus tam infantibus, quam adultis est necessarius necessitate medii in re v. in voto, Joann: 3. Nisi quis renatus fuerit ex aqua et spiritu sancto, non potest intrare in regnum Dei.

De Baptismi Ministro.

Quaeritur quo duplex distingui potest minister Baptismi? R. Triplex, nempe Ordinarius, qui baptismum ex officio administrat, Extraordinarius, qui baptismum ex delegatione ministri ordinarii administrat. Et minister necessitatis, qui

baptismum confert in constituto in periculo vitae.

Q. Quisnam sit Minister Baptismi? R. Minister necessitatis Ordinarius, est Eppus et Sacerdos, sed cum subordinatione et dependentia ab Eppo, quibus in personis Apostolorum et Discipulorum Christus dixit 28 Math: Euntes docete omnes gentes, baptizantes eos. Minister extraordinarius est Diaconus de licentia Eppi aut Presbyteri. Minister necessitatis est quilibet homo, sive vir, sive mulier, sive ne baptizatus sive non, et haec voluntas Christi, nobis manifestata est ex traditione et praxi Ecclesiae, ad quam attendens Concilium Florentinum definivit; in casu autem necessitatis, non solum Sacerdos vel Diaconus, sed etiam et Laicus et mulier, imo etiam paganus et haereticus, baptizare potest, dummodo formam servet Ecclesiae, et facere intendat, quod facit Ecclesia.

Q: Quis inter ministros Baptismi servandus sit ordo in casu necessitatis? Cum aequum sit, ut alius praeferatur, qui minus distat, ab eo, quem Christus praecipitur servari debere, ut praecipiat 1o Parochus si adsit, secundo sacerdos 3o Diaconus, 4o Subdiaconus, 5o Clerici inferiores, 6o Laicus, 7o Foemina, 8o Fidelis, aut a Censuris liber, infideli et excommunicato. Verum ceteris paribus, quia obstetrix, ritum baptismi bene edocta, ante ponenda est, imperito mari, infideli, quin et Parocho, propter indecen-

tiam

si infans nondum omnino editus sit.

Q: An liceat extra Ecclesiam baptizare, ubi nulla urget necessitas? Vetitum a Concilio Viennensi, sub Clemente 5°, ne quis in aulis, vel cameris vel aliis privatis domibus audeat baptizare. Unde qui sine expressa Eppi licentia infantem baptizant domi, multis in dioecesibus subjacent Censuris.

2. Quae: an si infans domi tingatur adhibendae sunt Caeremoniae baptismales? R: Si baptismi Minister sit sacerdos proprius aut alienus, baptismus si: nisi periclitetur infantis vita: cum solitis caeremoniis administrari debet.

Quae: An idem in pari casu facere teneatur Diaconus, non una est opinio.

Quae: An Parochus, propria authoritate baptismum infantis differre possit? R: Affirmative modo 1° nihil subsit periculi 2° subsit legitima differendi ratio, puta ut juxta pristinum morem infantes in Paschae vel Pentecostes pervigilio baptizentur 3° ut nihil in contrarium Dioecesana lege constitutum fuerit.

Quae: An Parochus, cui ~~profertur~~ offertur baptisanda proles, ex illegitimo concubitu nata, possit baptismum negare, nisi mulier genitorem revellet? Res: Non potest, imo seclusa Eppi jussione, peccabit graviter obligando ad revelationem et hanc; tum quia est id ad infamationem occulti stupratoris adigere; tum quia grave orietur scan-

dalum, si idem intelligatur, esse prolis parens, qui matris frater.

Quae: An pater propriam prolem baptizare queat? Res: Potest in casu necessitatis; tuncque non excidit a jure conjugali.

Quae: An unus potest plures baptizare? Potest valide inquocumque casu; licite autem in solo casu necessitatis, sub hac forma: Ego vos baptizo. Et vero Apostoli, vel alter quam plures simul baptisando tot hominum myriades, una die tingere potuerunt.

Quae: An possit quis se ipsum baptizare? R: Non potest; sicut enim agit in Innocentius 3us in carnali generatione alius est, qui carnaliter gignit, et alius, qui carnaliter gignitur, sic in sacramentali generatione, alius debet esse, qui spiritualiter generet et qui spiritualiter generetur.

Quae: An plures eundem simul baptizare possint, non dico licite, cum constanti Ecclesiae praxi repugnet, sed valide? Respondetur. Tripliciter fieri potest, ut plures ad unius baptismum concurrerint. 1o Si unus v.g. mutus aquam infundat, alter vero manens pronunciat formam 2o Si duo materiam simul et formam applicent#, quasi agerent solus, et ab alio dependere nolentes, ut si Parochi Duo, qui de eodem infante litigant, eundem baptizare properent, tunc vel ambo formam absolvant vel alter altero pro at.

Resp: 1o Nullum est baptisma primo modo collatum

[illegible]itas e modicam baptizare vel [illegible]sendere ad[illegible] lent tanquam causa partiales dicendo: Nos te baptizamus. 3o Si alter, qui seorsim materiam et formam aplicent... quasi agerent solus, et ab alio de[illegible]

quia tunc, falsa est forma, cum is qui se baptizare seu abluere dicit etiam numero plurali, se ipsa non abluat. R. 2° Invalidum est baptisma secundo modo collatum, ratio est, quia cum plures conjunctim abluunt, et dicunt nos te baptisamus /: sicut si diceret nostrimus navim quam nemo nostrum solus trahere queat: / non apponitur forma legitima et exprimitur intentio intentioni Christi et ejus Ecclesiae contraria.

R: 3° In tertio casu valet baptismus, non modo si alter altero prius formam absolvat, quo in casu nulla est difficultas, sed etiam ambo formam simul absolvant: Tum quia stat factum ubi stat materia, forma et intentio ministri, id quae relative ad subjectum capax, quod in praesenti casu occurrit: Tum quia nulla est ratio, cur factum unius excellit factum alterius sicut tamen non dicitur, bis communicasse, qui geminam simul hostiam accipit, sed tantumque successive; sic nec bis baptizatus dici debet, qui gemina actione ad unum eundemque effectum terminante simul baptizatus est.

c. v. d.

Quaerit: Utrum infantes et perpetuo amentes possint baptizari? R: Possunt valide et licite; ut constat ex perpetua Eccl. praxi et traditione.

Quaerit: Utrum liceat filios infidelium baptizare invitis parentibus? R: 1° Filii haereticorum licite possunt invitis parentibus baptizari. 2° Filii mancipiorum non baptizatorum possunt et debent invitis parentibus baptizari, quia ratione servitutis parentum pertinent ad Dominos, quorum sunt possessio. R: 3° Filii infidelium, non baptizatorum, sive principibus infidelibus civiliter tantum subditorum non possunt licite utroque parente invito baptizari, nisi jam sint evidenter in periculo mortis. Quia illi infantes subtraherentur parentibus vel non, si primum violaretur jus naturale, quod habent parentes in filios, si secundum exponeretur sacramentum periculo profanationis. R. 4° Filius si parentum alter uter consentiat reluctante alio baptizandus est, quia talis consensus vergit in utilitatem pueri. R. 5° Infantes qui jure vel injuria a parentibus avulsi, tam procul ab iis distant, ut jam eorum curae subjacere non possint possunt etiam baptizari, quia paterna jura, ad eos, quibus subsunt transierunt.

3\. Quae: An matrem statim morituram aperire liceat, ut infan

ti per baptismum succuratur? R: Matrem nunquam aperire licet posse, cum certo vitae periculo, quia non sunt facienda mala ut eveniant bona. Ubi vero gravida mulier extincta est, aperire debet, ut extracta proles baptizetur, nisi hanc jam mortuam esse constet.

Quaer: Possuntne monstra baptizari? R: Reperiuntur ex monstris quaedam humanam speciem certo excludunt, quaedam certo habent, quaedam ambigue. Porro prima baptizari non debent, secunda, tertia indigent examinatione. Si caput humanum est, et humano propius, baptizari illud oportet, licet membra sint ferina; si autem ferinum est caput, caeteri vero situs humani; tunc si quidem ex viri et feminae congressu prodierit, baptizandum est conditionate, propter dubium an sit homo, si vero prodierit ex femina et bruto, non poterit baptizari, quia non descendat ex Adam, utpote non conceptum ex semine virili.

Quaerit: Sed quid de monstris, quae ex homine viro et fera prodierint? Si ad Episcopum recurri non possit, quia res urget conferendum sub conditione baptisma iis, quae in praecipua sui parte humanam speciem praeseferunt: Quia satius est 10 baptismi incapaces baptizare conditionaliter, quam capacem unum excludere. Si monstrum undecunque natum sit, postquam creverit, extra ordinarie repugnet baptismo, dispiciendum erit, an repugnantia haec a libera voluntatis usu procedat, an non a daemone, sit primum, negandum erit

baptisma, quod volent, dari non potest, si 2dum, non negabitur cum obstare non debeat malitia daemonii, ne cuipiam de remedio ad salutem necessario provideatur. Si gemeli sibi mutuo sint adnati, seorsum, est baptizandum absolute, quia non unus, sed duo homines fuerint, si monstrum capita gerat duo, duo et pectora duplici donandum erit baptismum, sed absolute, licet membra caetera simplicia sint. Si autem duo quidem capita, sed unum habeat pectus in uno capite, semel baptizandum erit absolute, in altero rursum sub conditione, si non est baptizatus. Ratio est, quia in primo casu ubi paulo pene geminatur corporis partes duplicem animam agnoscunt saniores theologi. Si aut. in 2do casu herent et suspensi sunt. Unde in primo casu, si periculum urgeat, dicendum erit simpliciter: ego vos baptiso etc. in 2do addendum erit, in quantum capaces estis aut aliud simile.

Quaerit: An baptizandi sunt amentes et furiosi? R: Amentium alii sunt a nativitate tales, nulla habentes dilucida intervalla et talibus, quantum ad baptismi susceptionem videtur esse idem judicium, ac de pueris qui baptizantur in fide Ecclesiae. Alii sunt amentes, qui ex sana mente, quam habuerunt prius, in amentiam inciderunt et tales sunt judicandi, secundum voluntatem, quam habuerunt, dum sanae mentis existerent. Et ideo si tunc, apparuit in eis voluntas,

suscipiendi baptismum, debet eis adhiberi in fu=
ria et amentia constitutis, etiamsi ista contra
dicant alioquin si nulla voluntas suscipiendi ba=
ptismum in apparuit dum sanae mentis essent, non
sunt baptizandi. Quidam vero sunt, qui et si a na=
tivitate fuerant furiosi et amentes, habent ta=
men aliqua lucida intervalla. Unde si tunc bapti=
zari voluerint, baptizari possunt, etiam in amentia
constituti, et debet eis tunc sacramentum conferri, si
periculum teneatur, aliquin melius est, ut tempus
expectetur, in quo sunt sanae mentis ad hoc, quod de=
votius suscipiant sacramentum; si autem tempore lu=
cidi intervali, non apareat in eis voluntas, sus=
cipiendi baptismum, baptizari non debent in
amentia constituti. Quidam vero sunt, qui et si non
omnino sanae mentis existant, in tantum tamen
ratione utuntur, quod possunt de sua salute cogi=
tare et intelligere, sacramenti virtutem, et de talibus
idem est judicium, sicut de his, qui sanae mentis
existunt, qui baptizantur volentes, non autem in=
viti. S. Thomas.

Quaerit: Quis sit subjectum baptismi? Quid sit
necesse ut batismus valide recipiatur? Quid item
ut cum fructu recipiatur?

Coroll. 1um Adulti omnes prorsus possunt, si velint bapti-
zari. — Ergo Baptismi subjectum est omnis homo via-
tor, modo natus, et non baptizatus, sive infans, sive
adultus, sive ex parte fidelis v/ infidelis, sive amens,
sive mentis compos. Ratio est, quia ii omnes sunt
capaces Regni Coelorum: at qui non sunt ejus capa-
ces, secluso martyrii casu nisi mediante Baptismo. ergo

Scholion. Neque ab hac lege excludi debuit B. V. cum
debuerit inscribi familiae Xti, et ejus Ecclesiae mem-
brum constitui, quod sine baptismo fieri non poterat.
Neque vero falsa fuit in B. V. forma baptismi, quia
sicut in poenitentia vox absolvo, non semper signi-
ficat, ego confero tibi gratiam delentem peccatum,
sed deletivam peccati, si reperiatur sicut in casu nos-
tro.

Coroll: 2um In adultis, ut baptisma valide recipiatur,
requiritur et sufficit intentio recipiendi illud.

Coroll: 3um In adulto ut coeteros praeter characterem eff-
ectus baptismi recipiat, requiritur fides, dolor de pec-
catis actualibus, spes veniae, inchoatus Dei amor, et
propositum servandi legem Xtianam, non autem confessio
v/ satisfactio.

4. Quaer: An necessarius sit Baptismus, ut alia Sacra licite
v/ valide recipiantur. R: Nullum Sacrum valide recipi
potest a non baptizato post Eucharistiam, quae nihil
tamen operatur ex opere operato: Ratio est, quia Baptis-
mus vocatur a Concilio Florentino, vitae spiritualis janua,

et ab Innocentio 3º, caeterisque post Sm Thomam Doctoribus fundamentum omnium Sacramentorum, atqui, ubi ~~sacramen~~ fundamentum deficit, deficit et aedificium, sicut deficit ingressus, ubi deest janua. – Hinc ~~sacerdoti~~ Innocentius 3us presbiterum, qui baptizatus non fuerat, baptizari jubet, et iterum ordinari, atqui non ordinaretur de hac, qui jam valide ordinatus esset. Praenotatur definitio martyrii Martyrium est perpessio mortis vel lethalis cruciatus propter fidem Xti aut veram virtutem tolerata, et in ejus odium illata.

Quae: An Baptizmus supleatur per ~~baptismum~~ Martirium? R: Martirium in infantibus, et in adultis supplet effectum baptismi, ex opere operato sed non omnes. Et quidem explet martirium baptismi vices, tum quo ad effectum, justificationis et gloriae, tum quo ad condonationem omnis poenae peccato debitae; at vero non supplet baptisma 1º quoad characteris impressionem, est enim impressio haec effectus proprius trium Sacramentorum, quae iterari non possunt 2º nec quoad ad subjectionem Ecclesiasticae subjectionis, quae haec ad eos solum extenditur, qui Ecclesiae incorporati fuerint. 3º neque quoad capacitatem proximam aliea recipiendi Sacramenta, cum haec ab iis tantum, recipi possint, qui per baptizmum efecti sint ejusdem Ecclesiae membra.

Quaer: An liceat offerre se martyrio et aliquando subsit obligatio illud subeundi? R. Non licet citra rationa= bilem causam specialemve Si Spiritus instinctum of= ferre se martyrio 1º quia hoc vetuit Xtus, Mathei 10 ubi ait, cum persequuntur vos in civitate ista, fugite in aliam, quod fecere sancti, ut Paulus, qui plures fuga manus Tyrannorum evasit, Athanasius, qui maximam vitae partem monstris aut sepulchri delituit, et Xtus ipse Martyrum Exemplar. 2º Quia qui martyrio se offe= runt sine justa causa, puta cum inde nec infidelium conversio, nec Dei gloria promereri potest, et praesum tionis multum exhibent, cum ultro nigerant, se gravissimes tentationis et gratis Tyrannorum pecca= to cooperantur. 3º Urget subeundi martyrii obliga= tio, primo si moriendum sit vel a fide castitate, aut similiter deficiendum, secundo, si aliter religio conserva= ri non possit, tertio, si regendi sint martyrum in tormentis deficientium animi.

Quaerit: an baptismum aquae supplet baptismus fla= minis? R. Babptismus flaminis supplet in adultis vices baptismi aquae ex opere operantis, quoad gratiae infusionem, et remissionem culpae sufficienter retrac= tatae, eliciente actu perfectae charitatis, cum explici= to Sacramenti voto, id constat ex perpetua Ecclesiae doc= trina, quam confirmavit Conc: Trid:. Non supplet autem

quo ad remissionem peccati dubitat, quia nullibi remissionis hujus meminerunt Patres, et Scriptura, imo hanc excludere videtur.

De unitate Baptismi.

5. Praenotatur. Baptisma in eo sensu unum est, quod quidem sit specie in omnibus hominibus Eph: 4º: Unus Deus, una fides unum baptisma. Tum quia una est specie materia et forma in uno baptismo, seu per aspersionem fiat, seu per immersionem hinc quaeretur

In quonam consistat unitas baptismi? R: in eo quod tantum semel eidem homini conferri valide potest. Ita Trid: ses. 7. Can 11. Si quis dixerit verum et rite collatum baptismum iterandum esse illi, qui apud infideles fidem Xti negaverit, cum ~~trans~~ ad poenitentiam convertitur: Anathema sit. Praenotatur. Dubium aliud est negativum, cum nulla sint indicia, ex quibus colligi possit, quempiam fuisse baptisatum, aliud positivum, cum paria in utramque partem militant argumenta, et hoc vel est juris, si neque dubitetur valeatne baptismus tali modo collatus, aliud facti, si incertum sit, an collatum fuerit baptisma, his praemissis sit

Quaest: Quid juris in dubio, an quis baptisatus sit? R: in dubio negativo, seu cum plane nesciatur, an infans vel adultus baptisatus fuerit, baptisma conferendum est, ratio enim dictat providendum esse, cum id sine Sancti injuria fieri ~~non~~ potest, aeternae saluti eorum, qui in

probabili damnationis periculo versantur. Adultos perinde ac infantes in positivo juris vel facti dubio baptisandos esse sub conditione. - Ratio est, quia regula ista, in dubio tutior est pars eligenda, hic vel nullibi locum habet propter maximam baptismi necessitatem;

Coroll. Hinc baptisandi sunt sub conditione 1° infantes statim e sinu parentum christianorum ab Algeri praedonibus, aliisve barbaris erepti; 2° Infantes expositi, etiamsi ante aliquod menses nati sint, et testem baptismi sui schedulam baptisoni ferant: quia neque aetas ea dubium tollit ~~omni~~ cum Judeus aut Secta prolem suam post annum exponere possit, neque scheda ab incerto fidei auctore ~~[illegible]~~ ne quid pejus ~~[illegible]~~ dicam, fi haberi potest: pro teste certissimo dicente concilio Carthag: ad moralem parare certitudinem. 3° Baptizati ab obstetricibus, vel convictis de invalida baptismi collatione, seu firme et constanter non respondentibus, quam in baptizando materiam aut formam adhibuerit.

Consectarium 1um An autem baptismum quemcumque eo quod a patre, matre, vel obstetrice collatus sit, iterare liceat, gravis est magis disceptatio, circa quam rituales ritualibus et ministri ministris adversantur. Mihi autem utraque opinio temperanda videtur, cum authore Tollet, ac dico: infantem, a quacumque obstetrice baptizatum, semper sub conditione rebaptizandum esse, quoties desunt testes

ad minus duo fide digni, qui nihil necessarii ab ipso omissum esse confirmet. 1° si in alia quavis longe inferioris momenti materia, testis unus, testis est nullus non est quod in re praesenti fidem faciat. 2° Quia id praecipiunt Galliae concilia, quae vetant ne uni mulieri, seu alteri privatim ~~pa~~ baptizanti credi possit.

Coroll. 2um Neque tamen ei qui post viginti annorum rescisse incipit se puerum domi baptizatum esse, concedendum erit ut denuo baptizetur sub conditione, quia adulti, qui se ab obstetricibus baptizatos esse detegunt debent subponere baptisma suum a parocho examinatum fuisse, qui proinde illud et validum reperit, et in dubium repetierit sub conditione.

Quaeritur: an baptisma ab Haereticis nostri temporis collatum ~~ite~~ iterari possit sub conditione? R: Plures sunt qui summe dubium habeant, baptisma a Calvinis, et Lutheranis collatum non praeisse, quia haereticis esset enim id gravis error, sed quia primo dictum est eorum alios, quibusdam in provinciis a quae naturali, aquam rosaceam substituere honoris causa: alios propter frigus non carnem ipsam aspergere sed vestimenta; alios eos qui prior occurrerit etiam lictoris imperatiose alterius ministerio uti. 2° Quia cum incredibili in Ecclesiam odio ferantur, saepe deprehensum est

necessarium est in baptismo defuisse intentionem. Unde synodus 2a Mechliniensis a Paulo 5o approbata anno 1608 praescribit ab hujusmodi haereticis baptisatos, denuo sub conditione baptisari. Id autem observandum ait Silvius: ut postquam adulti sub conditione rebaptisati fuerint confiteantur peccata post primum baptismum commissa, ut si quis forsan valuerit peccata post ipsum commissa, quae post posteriorem ut forte invalidum ablui non possunt, per poenitentiam abluantur.

Quaerit: quo sunt effectus baptismi? R: Secluso obice 1o est primo gratia sanctificans, quae hominem interius regenerat, ac ~~cuncta~~, ~~cuncta~~ tum originale, tum actualia dimittit, et quo ad culpam et quo ad poenam, cum nihil damnationis sit iis, qui in Xto Jesu sunt ~~vere~~ regenerati. 2o Est gratia Sacramentalis, quae definitur gratia habitualiter regenerativa annexum jus habens ad gratias actuales necessarias, ad conservandam vitam spiritualem per baptismum acceptam et addigne suscipienda Sacramenta alia, quorum baptisma est janua, qua intramus ad Ecclesiam. 3o Est Character qui distinguit baptizatum a non baptizato, et nunquam, seu neque ex absoluta potentia Dei, ~~baptizatur~~, deletur ex anima.

Quaerit: an effectus baptismi par sit in omnibus? R: Effectus baptismi est aequalis in parvulis, quia tota, quae

tiis subesse potest inaequalitas; ad dispositionem in-
aequalitatis pendet, porro nemo infans salus minus-
ve, quam dispositionis habet. 2° Character in omni-
bus adultis est aequalis, quia character est, ut sigil-
lum pastoris is autem morbidas oves non secus ac
alias consignat. 3° Gratiam aequaliter dispositis
aequalem, inaequalem inaequaliter praeparatis con-
fert: quia licet sacramenta ex propria vi gratiam
producant, agunt tamen secundum proportionem cu-
jusque dispositionem ex Tridentino Can: 7. sess.
6.

Quae: in quonam loco baptismus conferi debet? R:
In Ecclesia, in casu necessitatis, tunc enim ubinamque
baptizari potest, uti constat exemplo, tum Eu-
nuchi, qui a Philippo baptisatus est in via, tum
Pauli, qui ab Anania baptizatus est privata
Domo.

Quaeritur: An supleri debeant Caeremoniae in baptismo
omissae, cogente necessitate? R: Debent suppleri,
quam primum id fieri potest, id enim praescri-
bunt omnes libri rituales.

Quae: an patrini sint necessarii? R: Patrini in
privato loco non sunt necessarii, quia id nulla
lege imperatum sit, imo prohibitum in ritualibus

In solemni baptismo sunt necessarii Patrini, necessitate praecepti non vero necessitate praecepti Sacramenti.

Quaer: Quaenam sunt obligationes Patrinorum? Sunt 5. Patrini debent 1. Baptizandum Parocho praesentare 2. Parocho respondere, si nequeat loqui. 3. illum tenere, dum baptizatur. 4. Illum de manu baptizantis suscipere. 5. Illum debite in rebus fidei et doctrina christiana instruere, si parentes id praestare non possint. Unde ab officio excluduntur amentes, non baptizati, haeretici, publice excomunicati, et infames, quia non sunt capaces instruendi in baptizatos in doctrina Xtiana.

Quaer: qui nam ratione status excluduntur ab officio patrini? R: Excluduntur 1. Religiosi et moniales. 2. Pater, Mater infantis, quia contraherent inter se cognationem spiritualem, quae impediret usum matrimonii.

Quaerit: Quot admitti debeant a Parocho Patrini? R: Statuit Trid: Conc: Sess: 24. Can: 2, ut unus tantum sive vir, sive mulier juxta sacrorum Canonum instituta vel summum unus et una baptisatum de baptismo suscipiant. Unde si plures uno et una se offerant, ac possit Parochus cognoscere, qui ad id munerium sint habiti, liberum est ei e pluribus unum et unam eligere eosque patrinos declarare.

Schol: Episcopus dispensare non potest, ut plures quam duo infantem suscipiant, cum ~~sup~~ sub dispositione conciliari dispensandi non habeat. Si autem Parochus plures quam unum utrumque ad officium Patrinorum admittit graviter peccat, et omnes illi qui munus Patrinorum exercent, affinitatem contrahunt, juxta doctrinam Theologorum.

Quaeritur: Quaenam sunt Parochorum in hac materia obligationes? R: Sunt 6. 1° ut populum doceant in patrinorum defectu. 2° Ut caveant ne baptizandis imponantur nomina Ethnicorum, seu debita sanctitatis hominum. 3° Baptizatorum nomina baptismalibus registris diligenter ingrediantur. Item parentum et Patrinorum quo die et anno baptizati fuerint, omnium reliquis etiam in jure civili praescriptis. 4° Docebit patrinos si doceri indigent, quam cognationem contraxerint cum prole, ejusve parentibus, ne ignorantia illa excusari valeant. 5° Admonebit vitandas esse nimias eas compotationes, quae baptisma consequi solent. 6° Inculcabit etiam matribus, nutricibus, et aliis quibuscunque, ne cum infantibus in eodem loco ante completum annum decumbant ob periculum suffocationis.

De Confirmatione.

De essentia et institutione confirmationis.

Quaer: Quid sit confirmatio? R: Confirmatio est Sacramentum, a Xto institutum, quo baptizatus per unctionem chrysmatis in fronte per modum crucis factam, sub praescripta verborum forma corroboratur ad fidem firmiter tenendum et intrepide profitendam.

Quaert: Utrum confirmatio sit verum ac proprie dictum sacramentum novae legis? R: ita, nam habet omnia requisita ad verum sacramentum, ut colligitur ex actibus Apostolorum Cap. 8. Est enim primo signum sensibile; tunc imponebant manus super illos 2º habet vim producendi gratiam, et accipiebant Spiritum Stum; 3º Est a Xto instituta, cum solius Dei sit instituere signum collativum gratiae. 4º Est permanenter instituta ut demonstrat Ecclesiae usus ab Apostolis usque ad nos non interruptus.

Quae: Quo nam tempore Xtus instituit Confirmationem? et quibus sacrae Scripturae verbis institutio confirmationis demonstratur? R: Certe definiri non potest, quo tempore instituta sit confirmatio, quia nullam hic lucem praebent Sacra Scriptura et Traditio.

Probabilius tamen est eam medio resurrectionem inter et pentecosten institutam fuisse 1o quia tunc praesertim eo tempore institui debebat, quo baptizati jam et consecrati Apostoli sacramentum hoc congrue administrare poterant, et proxime administraturi erant ad roborandos fideles contra fremitus gentium et Judaeorum conatus 2o quia ex actibus primo status per illud tempus cum Apostolis suis loquebatur de regno Dei, id est Ecclesia aedificanda et administranda et ad hanc porro aedificationem et administrationem pertinent in primis sacramenta: ergo quae eidem instituta fuerant, tunc temporis instituta fuere.

Institutio autem Confirmationis demonstratur ex his sacrae scripturae verbis actorum C. 8. ubi sic: Cum audissent Apostoli, qui erant Jerosolimis, quia recepisset Samaria verbum Dei a Philipo Diacono qui jam Samaritanos baptizaverat, miserunt ad eos Petrum et Joanem, qui cum venissent oraverunt pro ipsis, ut acciperent Stum Sanctum.

Schol: Confirmatio est verum novae legis sacramentum cujus Christus essentiales ritus immediate instituit.

Quaer: quaenam sit materia remota confirmationis? R: Est Chrisma confectum ex oleo et balsamo.

ab Epispo benedictum, ut constat ex Concilio Florentino.

Quaerit: Quaenam sit materia essentialis et adaequata Confirmationis? R: Impositio manus et unctio sunt adaequata et essentialis materia Confirmationis.

Quaerit: Quaenam sit forma essentialis et adaequata Confirmationis? Oratio, quae praecedit unctionem et verba, quae eandem unctionem comitantur, sunt apud Latinos sicut et apud Graecos totalis et adaequata confirmationis forma, et sunt haec signatae, signo crucis, et confirmatae Chrismate salutis in nomine Patris, et Filii, et Spiritus sancti amen.

De Ministro Confirmationis.

Praenotatur. Minister sacramenti ordinarius est, ordinarius, qui ex sua ordinatione habet completam valide conferendi potestatem. Et extra ordinarius, qui virtute ordinis sui habet aliquam sacramenti conficiendi potestatem, sed quae nonnisi per commissionem ab authoritate legitima datam completur, non potest exercere; his praemissis.

Quaerit: Quisnam sit minister Ordinarius Confirmationis? R: Solus Episcopus ex constitutione divina ordinarius est confirmationis Minister. Est de fide ut constat ex act. Aposto. c. 8. ubi legitur, Petrum et Joanem Apostolos missos fuisse Samariam, ut eis, qui a Philipo baptizati fuerant manus imponerent et darent Spiritum Sanctum.

Qu: Quis possit esse Minister Extraordinarius Confirmationis?
R: Simplex Sacerdos per dispensationem Pontificiam, sed debet uti Chrismate per Eppum benedicto, prout statuit Concilium Florent: in Decreto. – Etiam in Ecclesia graeca, a mille et ultra annis simplices presbyteri confirmationem conferunt, quam pravam non reprobat Ecclesia Latina, neque confirmationem conferunt ab eorum presbyteris collatam in Conciliis Lugdunensi et Florentino repetit, ut invalidam.
Quae: Quodnam est Subjectum Confirmationis? R: solus et omnis homo baptizatus est subjectum Confirmationis.
Quaert: Quaenam dispositiones requiruntur in Confirmando? R: Ut validum sit sacramentum, sufficit voluntas illud suscipiendi, ut cum fructu recipiatur, requiritur status gratiae ad sacramenti vivorum receptionem necessarius. Jam autem circa aetatem, qua suscipienda sit Confirmatio, nulla est lex universim alligans.
Quaert: Quis presbytero confirmandi licentiam dare possit? R: potest non solum papa pro Ecclesia, sed et Synodus provincialis pro territorio provinciae et Eppus pro Dioecesi, si id exigeret Ecclesiae bonum, nisi haec concessio Pontifici consuetudine reservata foret. –
Quaert: An de fide sit sacerdotem esse extraordinarium Ministrum Confirmationis? R: Non est de fide, quia hujus in nullo decreto papali praesertim Concilio ~~Tri~~ Trid: nulla mentio facta est.
Quaert: Utrum Confirmatio sit necessaria ad salutem? R: Non est necessaria necessitate medii, quia sine ea homo potest salvari, per baptismum et poenitentiam, sed est necessaria necessitate praecepti Divini et Ecclesiae, nam

Xtus praecepit Apostolis, ut Confirmationem recipe-
rent, hoc est, ne discederent a Jerosolimis, sed expe=
ctarent promissionem Patris.
Quaert: Quod effectus Confirmationis? R: sunt 3es, 1us=
est gratia sanctificans 2us est gratia sacramentalis, quae
definitur gratia habitualis roborativa, annexum jus ha-
bens ad gratias actuales necessarias. 3us est character, quo
confirmatus adscribitur militiae Xti.
Quaert: An iterata confirmationis administratione sus-
ceptio irregularitatem inducat? R: non inducit, quia
irregularitas illa contra activam et passivam baptismi
iterationem sancita est, nullibi vero, contra iterationem
confirmationis porro irregularitas incurritur, nisi in
casibus jure expressis. Quaeritur, quaenam sint confirmatio-
nis regulae? R: sunt 6ae, nempe, 1o adhibitio patrini,
qui baptisatus et confirmatus 2o Mutatio nominis, si
sit turpe et ridiculosum. 3o Est manus impositio, qua Ep-
pus super confirmandos divinam implorat protectionem. 4o=
Est levis alapae inflictio in maxilla confirmato 5o Est
pax, quae datur confirmato. 6o Demum est circum liga=
tio frontis confirmati fasciola linea per triduum, ut signi=
ficatur gratiam acceptam conservandam esse diligenter. Ex=
cipit Synodus Melodinensis, nisi frontes praesente Eppo
panno et bombice abstergendae curentur.
Scholion Circa ritus, qui unctionem praecedunt haec sunt
notanda 1o ut unus pro unoquoque Patrino masculus et
una pro singulis faeminis Matrina tantum adhibeatur. 2o
ut nec patrinus nec Matrina ante aetatem inchoatum 14
annum ad hoc munus adhibeatur, quia hac aetate magis=

trorum loco

esse non potest. Confirmationis Patrinus a Pa-
trino baptismi debet esse distinctus, nisi ne-
cessitas aliud postulet. 4° Patrinus non secus
ac Minister Confirmationis spiritualem contra-
hit cognationem cum confirmato, ejusque patre
et matre ex Trid: sess: 24 c. 2. S. Si unus tantum pa-
trinus maribus omnibus admittatur ab Epo Patrinus
cum omnibus confirmandorum Matribus affinita-
tem contrahit. —

8..

De Eucharistia.

De natura Eucharistiae.

Quaerit: quid est Eucharistia? R: Est sacramentum Cor-
poris et sanguinis Xti, sub speciebus panis et vini ad
spiritualem fidelium alimoniam a Xto institutum
per modum alicujus permanentis.

Quaerit: Estne Eucharistia verum Sacramentum? R:
Eucharistia est verum Sacramentum, quod sequentes
conditiones conveniunt. 1° Est signum visibile, quod
species panis et vini exhibent. 2° Est signum gra-
tiae invisibilis, spiritualis scilicet refectionis. 3°
Est a Xto institutum, permanenter juxta illud: Hoc
facite in meam commemorationem.

Quaerit: Utrum Euchria constituit in esse et sumptione an
re permanente? R: In re permanente id constat ex facto
Xti, qui prius protullit verba consecratoria, quam corpus
et sanguinem discipulis porrexerat, tam ex traditione

et

deo

traditione et praxi a primordiis Ecclesiae, ad haec usque tempora servata, quod eucharistia asservabatur Domi, et ad absentes et aegrotantes deferebatur.

Quaeritur Utrum Eucharistia, quae duplici constat specie duplex sit Sacramentum? Eucharistia physice seu materialiter considerata duplici est speciei Sacramentum, quia ubi diversa sunt specifica signa in quorum unoquoque totum continetur Sacramentum, ubi plura sunt Sacramenta, ut quia in Eucharistia physice spectata, panis et vinum diversa sunt specifice signa, ergo —
Moraliter vero spectata Eucharistia, seu ratione convivii Spiritualis, unum est specifice Sacramentum, quia unicam confert gratiam sacramentalem.

Scholion Eucharistia prout signum gratiae sanctificantis nec in solo Christi corpore nec in Speciebus solis consistit, sed in corpore et speciebus. Consectarium ergo: neque consecratio neque sumptio Sacramenti ad intrinsecam Eucharistiae constitutionem pertinet. —

Quaeritur qualisnam est praesentia corporis Christi in Eucharistia? Realis est praesentia Corporis Christi in Eucharistia, non metaphorica, vel alia quovis nomine figurata, id vero solide comprobatur 1º Ex verbis promissionis Joan: C. 6. v. 52. Nisi manducaveritis carnem filii hominis et biberitis ejus sanguinem non habebitis vitam in vobis 2º Probatur ex institutionis verbis Christi: Hoc est enim corpus meum. — Probatur et ex Sanctis Patribus, ut Ignatio, Cypriano, Ambrosio, Chrysostomo, et aliis: Caro abluitur ut anima emaculetur; caro corpore et sanguine

Xsti vescitur, ut et anima d. Deo carne saginetur. Atqui caro nec vescitur corpore Xsti per fidem aprehensio, cum hujus aprehensionis sit incapax, nec eodem vescitur tanquam veri corporis Xsti symbolo; cum alioquin Israelitae, mana et agnum paschalem manducando, qui totidem Xsti symbola erant, Xsti corpore nutriti fuissent; ergo a sensu vera caro, vero Xsti Corpore vescitur, quod ipsum oraliter et realiter percipiat. —

9. Praenotatur. Praesentiae modus in Sacramento Eucharistiae est 3plex nempe Impanatio, Consubstantiatio et Transsubstantiatio. Per impanationem phrasis ista: Hoc est corpus meum, et sanguis, id sibi vult, hic panis, per unionem hypostaticam est corpus meum. Per consubstantiationem iste est institutionis sensus: Est quidem hic corpus meum et sanguis meus, sed non totum hoc est corpus meum et sanguis, cum simul remaneant elementa panis et vini, in substantiam corporis et sanguinis. Transsubstantiatio est conversio totius substantiae panis et vini in substantiam corporis et sanguinis Xsti. Impanationem admiserunt Berengariani, Consubstantiationem Lutherani. Transsubstantiationem Catholici omnes, et patet ex constanti et non interrupta Ecclesiae praxi. —

Quae: an panis et vini substantiae per anihilationem desinant in Eucharistia? Non, quia id, quod anihilatur non transit in aliud cum anihilationis terminus sit ipsum nihil ergo substantiae panis et vini non anihilantur.

34

Quaer: an totus et integer Xtus sub utraque ~~quali[illegible]~~ utraque Sacramenti specie continetur? Contineri de fide probatur Joann: c.6. qui manducat me, et ipse vivet propter me. Dillud me, Xtum totum significat, non partem: ergo etc. Quaeritur an totus Xtus et integer sub qualibet utriusque speciei parte contineatur, post et ante divisionem? Ita est probatum est ex Tridentino sessione 13 c. 3. Unde canit Eccl[esi]a: Fracto demum Sacramento, ne vacilles sed memento, tantum esse sub fragmento, quantum sub toto tegitur. Apostoli ex eodem calice biberunt omnes, totum in dubie Xtum susceperunt bibendo: ergo totum est corpus in qualibet parte post divisionem.

Quaeritur quando Corpus Xti desinat esse sub speciebus panis? Tunc quando destructa esset propria panis et vini substantia.

Quaer: quo temporis intervallo indigeat species ut in stomacho corrumpantur, adeo ut sub iis esse desinat Corpus Xti? R: Interrogatus hac de re Lugo medicus, respondit: requiri ad minorem particulam, qualis laicis datur unum minutum horae, ad majorem vero, qualem sumunt Sacerdotes una cum vini speciebus alterari in semiquadrante. Quia tamen Regula haec fallere potest, seu quia non idem praestat stomachus languens, quod robustior, cavendum, ne laici ante quadrantem, sacerdotes vero ante mediae horae tempus ad vomitum se provocent.

3ma 3um est cultus: Latriae qui soli Deo, Hyperduliae, qui Bmae V.is Mariae, et duliae, qui sanctis exhibetur.

Quae: An et quo cultu adoranda est Eucharistia? Docentibus Sanctis Patribus adoranda est cultu latriae.

11. Quae: An Christi Corpus sit ubicunque, et ejus divinitas, ut censet Lutherus? Nequaquam, haec enim ubiquitatis doctrina tollit Eucharistiae mysterium, et usum, adeoque coenam Domini qua tamen plurimum gloriantur Lutherani. — Juxta illos, ponitur Corpus Xti in pane, et sic comeditur, atqui posita aliqua lite, neutrum dici potest. Etiam poni corpus in pane, est prius ipsum non fuisse in pane, rursum manducare corpus, est illud recipere ore deglutiri, postea et traiici in stomachum, sed in hypothesi, ubiquitatis corpus Xti jam erat in pane, jam in ore, in gutture, et in stomacho, quia jam in omni loco; ergo [illegible] Xti Corpus manducari nequit sub pane, et si sub pane manducatur, manducatur etiam alio quocunque sumpto alimento.

Quae: quando Dnus legalem agni paschalis coenam fecit? R: Xtus pridie mortis legalem agni paschalis coenam fecit, ubi constat ex Mattheo C: 26. prima die azymorum Luc: 22. In qua necesse erat occidi, pascha mensi 14. Vespere autem facto venit cum 12 et discumbentibus et manducantibus ait Jesus: Desiderio desideravi hoc pascha manducare vobiscum. Sed verba haec tam

aperta sunt, ut mirum sit, fuisse aliqui eorum, qui per-
spicuitate non crederent, ergo etc.

Quae: quaenam sit materia Eucharistiae? resp: Est panis
pro consecrando corpore, et vinum pro consecrando sangui-
ne: Probatur. Accepit Jesus panem, benedixit, fregit,
dedit que discipulis suis Matt: 26. Similiter legitur in
Evangelio Christum accepisse Calicem eumque benedictum
dedisse discipulis, sed nomine Calicis non potest
intelligi aqua, lac, et mel, ut aliqui delirarunt: Ergo
vinum simpliciter dictum, hocque vitae genuum.

Quae: Cuinam panis sit materia necessaria Eucharistiae?
Est panis triticeus, et non alius, panis enim solus triti-
ceus vocatur simpliciter panis, alius autem est secundum
quid.

Coroll: 1um Ex dictis sequitur, non id omne, quod in Cristas sur-
git, esse conficiendis corporis materiam, hinc non valet
consecratio ex Milio, lentibus, fabis, item ex arborum
fructibus, puta castaneis, nucibus, amigdalis, et ex iis
radicibus vulgo Casavee, quibus utuntur Americani, imo
ex spelta, fave, et hordeo, quia etsi priora duo aliqualem
tritici figuram habent, non tamen naturam ejus, neque
ex his consecrati panis simpliciter dicitur panis, sed
cum addito, puta faveus, hordaceus.

Scholion. Unde liberum missalis praemonet: si panis non
sit triticeus, et si sit triticeus admixtus granis alterius ge-
neris, in tanta quantitate, ut non maneat panis triticeus,

vel sit aliquo corruptus, non conficitur sacramentum; nisi si grani alterius admixtio modica adeo quantitatis sit, ut panis inde exurgens morali hominum aestimatione triticeus reputetur. Ex his infero: ne in eo quidem casu, ubi plebs missam auditura non sit vel aegrotus carere viatico licere uti, si lege vel pane vel alio quocunque, quia nusquam materia dubia uti licitum est extra casum extremae necessitatis. Porro haud necesse est, audire missam vel recipere viaticum absque periculo nullitatis sacramentis.

Coroll 2um si aquae naturalis loco adhibeatur lac, mel vel butirum, aliudve aliquod id genus liquoris, exurget placenta, sed non panis verus, proin quae nec consecratio, idem erit de massa cruda, quia massa moraliter saltem differt a pane, nec pro tali apud homines habetur. Neque cocta consistitur quae elixa vel frixa fuerit, quia non est haec vera usualis panem coquendi ratio.

Coroll: 3um Nihil ad Eucharistiae valorem refert an consecrandus panis hujus vel illius figurae sit: sed quoniam Tollentana Synodus 14a indicat consecratum quisque panem in forma rotunda, eique ob ecclesiae legem est adhaerendum.

Quaest: qualis debet esse panis azymus an fermentatus? In utroque valide conficit sacramentum, quia utrumque est verus panis simpliciter dictus; ut sit etiam et licite qui

libet Sacerdos tenetur sequi ritum suae Ecclesiae et ideo graviter peccat Sacerdos latinus, si consecrat in fermento, et Graecus in azymo.

Quaer: in quo pane Xtus consecravit? R: Consecravit in azymo: nam Eucharistiam instituit pridie azymorum Marc: 14° et Math: 24. sed a prima vespera usque ad septimam diem, nullo modo licebat Judaeis uti pane fermentato imo nec illius frustulam domi asservare. ergo Xtus lege observantissimus consecravit in azymo.

Quaer: quod nam vinum sit materia necessaria Eucharistiae: R: Debet esse vinum de vite Mat 26. Non bibam a modo de hoc genimine vitis.

Coroll: Hinc invalida est consecratio tentata in omphacio, aceto, quia non sunt vinum, nec uva ex qua non dum expressum est vinum, quia non est potabilis, sed tantum manducabilis. Quale tamen consecratio musto et vino acescente, quia retinent naturam vini, est tamen illicita ob forces adjunctas et alterationem.

Quaer: utrum aqua debeat vino consecrando admiscere? R: Debet haec autem aqua esse naturalis et in modica quantitate, haec tamen mixtio non ex praecepto divino, sed Ecclesiastico tantum, ideoque valet consecratio sine aqua, graviter tamen peccat, omittens miscere, quia transgreditur praeceptum Ecclesiae in re gravi.

Quaer: Utrum Xtus verbis ad consecrandum usus fuerit? Est usus ubi patet ex Sts patribus et Conc: Florent, ubi sic forma hujus Sacramenti sunt verba salvatoris:

nox pa..., quibus hoc conficit Sacramentum in persona Xsti, tunc conficit Sacramentum Sacerdos.

Quae: An materia consecranda ministro praesens esse debeat physice, ita ut manibus aut saltem oculis attingi possit; an solum moraliter ita, ut licet visu non cadat sub sensu in eo tamen sit loco, ubi a consecrante demonstrari possit et percipi: si non in se, saltem in aliquo v. ipsi conjuncto v. ad eam continendam ordinato: quemadmodum ostensa crumena ostendi censetur argentum, quod in ea continetur. R

Nec requiritur, nec sufficit praesentia physica, non requiritur, quia valide consecrari possunt formulae, quae v. sub aliorum cumulo latent, v. in pixide includantur et eae tamen cum nec videri nec tangi queant, physice praesentes non sunt: Non sufficit, quia distans uno miliari panis, qui v. sua quantitate v. medio telescopio videretur; consecrari posset, quod et absurdum est, et male cohaeret cum forma. Hoc est corpus meum, quae aliquid longe magis praesens significat. Requiritur autem et sufficit praesentia moralis.

Scholion Non necesse ut verba physice ad eam perveniant, neque necesse est, ut materia visu aliquo sensu percipiatur: unde valet et vini in calice cooperto, et hostiae v. in pixide occlusae v. corporali involutae: tum etiam, quae a sacerdote caeco fit consecratio

Quaer: An materia per intentionem consecrantis determinata esse debeat? R: Debet esse determinata, quia vocis hoc et hic certi aliquid et fixi demonstrat: Fixum autem esse nequit, quod indeterminatum est ex dictis sequitur.

Consectaria. 1mum Nihil consecrat, qui ex 10 hostiis novem consecrat, non designando, quam ~~[illegible]~~ intendat excludere intendit; qui mediam solum 3tiam hostiae partem consecrare vult, non determinando, quam consecrare nolit, nihil consecrat.

Consect: 2m Si formulis jam consecratis misceantur non consecratae possunt ~~[illegible]~~ hae consecrari ad quod satis est, ut sint moraliter praesentes, velitque sacerdos id totum consecrare, quod nondum fuit consecratum.

Consect: 3. Qui duas hostias manu tenet ratus se unam tantum habere. Et qui 6 sibi oblatas credit, cum oblatae fuerint plures, omnes valide consecrat, quia error iste speculativus non obest intentioni practicae id omne consecrandi, quod rite offertur ad consecrationem.

Quaer: Quid sentiendum de vini guttis? quae calici extra reliquo contiguo divisae inhaerent? Eae quae casu intra oram calicis fluxerunt non consecrantur, quia id non intendit minister, nec sine gravi periculo intendere possit. Dubium est inter doctores, an quae cuppae interiori adhaerent consecrentur, quia dubium est, an intendi debeat earum consecratio, an ejus solum materiae, quae in calice sit, non modum continui.

Quaer: An et quo jure necessaria sit utriusque speciei consecratio: R: est necessaria necessitate praecepti non autem necessitate sacramenti; eucharistiam tamen dispensare in ea

non patest, quia dicitur per verba ista, hoc facite in meam commemorationem, id ab Apostolis eorumque sacerdotibus ~~seu~~ successoribus fieri praecepit quod ille fecerat.

Quaerit: an aqua vino mixta convertatur in sanguinem? Convertatur quidem mediate. Ut patet ex patrum testimonio.

Quaerit: quaenam verba constituunt essentialem Eucharistiae formam ~~verba~~. R: Ista, Hoc est Corpus meum, hic est calix sanguinis mei: nam illa omnia verba et quidem sola perfecte significant transsubstantiationem panis in corpus, et vini in sanguinem Christi. At illa verba qui pridie, quam pateretur non sunt essentia formae, quia non sunt verba Christi, sicut nec particula enim. At ista verba accipite manducate et bibite, novi et aeterni testamenti, sunt quidem verba Christi, ~~ut~~ sed non sunt de essentia formae, quia non significant transsubstantiationem.

12 Quaerit: valetne consecratio in una specie? Valet, non tamen est licita, quia Eucharistia, est instituta per modum convivii spiritualis, convivium autem constat omnino cibo et potu.

Q: Accidentia panis et vini remanentne in Eucharistia consecrata? Remanent, quae tamen nihil aliud sunt, quam qualitates nimirum color, sapor et odor.

Quae: quid primum, quid pronomina hoc et hic si=
gnificent, in forma eucharistiae? Ri: significant
corpus et sanguinem Xti, sub confusa ratione rei con=
tinente sub speciebus panis et vini in fine ~~totalis~~
prolationis formae consecratoriae.

Quaer: an forma consecrationis panis et vini suum
ante habeat effectum, quam proferatur forma calicis
et quomodo pronuntianda sunt verba consecrationis?
Ita est, quia corpus Xti ante consecrationem calicis
adoratur, et quia falsa esset forma, quae est prae=
vere significaret corpus, quod re ipsa nondum praesens
esset. verba autem consecratoria pronuntianda sunt
distincte, reverenter, continua serie, et modo naturali,
ut fit in sermone humano.

Quae: quid faciendo opus est, qui dubitat, an singula verba
pronuntiaverit? ~~sequendo~~ sequendum est doctorem ru=
bricae missalis Romani; si sacerdos valde probabili=
ter dubitat se aliquid essentiale omisisse, iteret
formam, saltem sub tacita conditione. si autem
non sunt de necessitate sacramenti, non resumatur,
sed procedat ulterius.

Quaer: quo duplici modo aliquid potest poni in Eucharistia
? Ri: duplici modo, vi verborum, et per concomitantiam: ver=
borum solum ponitur corpus sub specie panis, et so=
lus sanguis sub specie vini. Per concomitantiam sub
specie panis ponitur sanguis et anima, nam corpus Xti

in Eucharistia ratione concomitantiae est vivus, et non potest esse vivus sine sanguine et anima. Sub specie vini ponitur corpus et anima quia sanguis hominis viventis non potest esse sine corpore et anima. Et sub unaquaque specie ponitur divinitas, quia quod semel Xtus assumpsit nunquam dimisit.

Quaerit: quisnam sit minister Eucharistiae? Sunt soli Eppi et sacerdotes, quia iis solum, dixit Xtus, hoc facite in meam commemorationem, ut constat ex perpetua traditione Ecclesiae et Trid: Conc: sess 22 Ca 3o. Non autem diaconi vel quis alius.

Quaerit: an Neomistae seu novi sacerdotes cum Episcopo consecrantes? R: non quia non celebrent de facto alias enim Eppi intentionem habere debent, verba supra materiam simul proferre deberent, sed hoc moraliter impossibile. Periculum enim esset, ne quis eorum proferat verba super materiam consecratam.

Praenotatur. Duplex est minister Eucharistiae dispensandae. Ordinarius, qui eam authoritative dispensat, et extraordinarius, qui eam dispensat ex commissione Eppi vel sacerdotis. His praenotatis sequitur

Consectarium 1m Eppus et presbiter soli sunt jure divino ordinarii eucharistiae dispensandae ministri. Quia illis solis comissa est Eucharistiae conficiendae facultas, ergo his eodem jure comissa est illius administrandae licentia.

Consectarium 2um Diaconi ex institutione sua proinde quae ex jure divino sunt Eucharistiae dispensandae ministri, non tamen sine concessione Epi et Sacerdotis: unde Ministri sunt extraordinarii.

Consect: 3um Nemo clericus Diacono minor synaxim usquam in Ecclesia designavit. Saepe tamen Clericis minoribus, imo et laicis, tradita est ad alios deferenda.

Consect: 4um Moris olim fuit, ut Eucharistiam laici reci- perent manu, sibique tum in Ecclesia, tum privatim imper- tirent. Verum id jam illicitum est in quocunque casu, nisi accedat pontificis dispensatio.

Quaerit: an quispiam sibi Eucharistiam administrare? pos- sunt sacerdotes et Diaconi, se ipsos communicare in casu periculosae aegritudinis, in defectu ordinarii v extraordi- narii Ministri, alias non, nisi cum celebrant. Laicus autem in neutro casu est licitum ut tradunt commu- niter Doctores.

10. Quaer: An ad Eucharistiae dispensationem requiritur jurisdictio, et quibus ea competit. Requiritur, quia pas- torum est, oves suas pascere, et hoc competit Sacerdoti om- ni

Quaerit: quo tempore, quo loco et ritu dari possit communio? Excepto tempore interdicti, potest communio quocunque tempore, etiam festis distribui, festis non nisi in loco per Eppum approbato, qualis Ecclesia oratoria capella etc.

infirmis vero, ubicunque, si urgeat necessitas, et si ad honestum locum transferri non possent, quia ea est Xti benignitas, ut aliqualem honoris sibi extrinsecus debiti jacturam subire malit, quam loquenti. Illi non est.

Quaert: quid faciendum sit, si in mulieris sinum deciderit hostia? ad evitandum indecentiae periculum, sola foemina particulam seu totam formulam emittat super corporale, super scabellum vel super mensam, in loco secreto expansum, vel si possibile erit, illam ope purificationi mundi extrahat vel si major requiratur diligentia, quam in Ecclesia fieri non deceat, recipiat se mulier in domum suam vel vicinae alicujus et inventam fragmentum, vel sumat si haud nimis turbata sit vel servet reverenter, ut a sacerdote secreto ad Ecclesiam deportetur. — Ipsa vero si tetigit digitis manum abluat et lotio in piscinam projiciatur.

Quaert: an liceat vel hostiam grandiorem alicui tradere et plures simul formulas? Prohibitum est decreto Congregationis, si tamen e consecratis in altari minoribus aliquae supersunt, satis receptum est, ut uni duae tribuantur simul.

Quae: Quis sit subjectum Eucharistiae? Omnis et solus homo viator baptizatus et mentis compos, sive sanus, sive moribundus, modo nullum vel vomitus vel alterius indecentiae adsit periculum, his dictis sit:

Coroll: 1m Dari absolute potest infantibus Eucharistia, ne autem quae hodieque de jure obstat praesens et sagax Ecclesiae disciplina.

Coroll: 2um Energumeni, seu a Demone vere obsessi Eucharistiam aliquando ... recipi possunt.

Coroll: 3 Perpetuo amentibus Eucharistia absolute dari potest, exclusa Ecclesiae prohibitione. — Semifatuis vero, seu debilem habentibus rationis usum porrigi debet; tum in articulo mortis, si nihil timeatur incommodi, tum in paschale, si certo quodam pietatis sensu erga hoc sacramentum afficiatur.

Coroll 4. amentibus, qui lucida habent intervalla, horum tempore tribui potest Eucharistia, quia vero a rationis usu in amentiam v. phraenesim incidere, Eucharistia in articulo mortis, nisi obstet privata lex recipi potest, si laudabilem vitam duxerint, v. gravia poenitentiae signa dederint, nullumque subsit irreverentiae, ut vomitus v. expulsionis, periculum.

Coroll. 5um Mutis et surdis a nativitate, conferri potest Eucharistia, non in articulo mortis tantum, sed tempore paschali, si et in his deprehendatur aliqua hujus sacramenti cognitio et peccata sua nutibus exprimant.

Coroll. 6. Peccatori occulto si publice petat negari non debet Eucharistia, secus si privatim et absque testibus; notorio autem etiam sola modo vera notorietate facti quocunque modo pateat omnino deneganda est.

Quaerit: an occulto peccatori porrigi possit hostia? non consecrata posito, quod nisi communicare videatur, grave ei periculum immineat; ut si maritus cui nuper suspecta est uxoris fides, observet an ea pro more suo communicet?

Respondetur. Non, quia fictio de se illicita est, et mendacium continet, quod in materia sacramenti execrabilius est, et religioni adversum; praebet enim occasionem idololatriae materialis.

Quaerit: quae nunc sit Ecclesiae praxis, quantum ad communionem iis dandam, qui postquam in peccato consenuere, viaticum incruente morte postulant? Et ei [...] olim in quibusdam Ecclesiis negata fuit communio, nunc vero non potest ipsis negari, dummodo eam contriti postulent: Ita Concil: Nicen:

Quaerit: an Eucharistia, iis ultimo supplicio damnatis tribuenda sit? Contra veterem morem receptum est in Italia, Germania etc: posse reum communicare per modum viatici, proinque non jejunum [...] fatentur ceteri.

Quaerit: quaenam dispositionis requiruntur in suscipiente? 1° Ex parte corporis requiruntur 3., ut scilicet cum fructu animae recipiatur hoc sacramentum. 1° Jejunium naturale a media nocte 2° Munditia corporis, 2° scilicet immunitas a pollutione. 3° Modestia exterior. 2° Ex parte animae requiruntur primo, Status gratiae, id est ut nullius sibi peccati mortalis sit conscius quum quis sibi contritus videatur, alioque praemissa Sacramentali confessione ad Sacram Eucharistiam accedere debet. 2° Immunitas ab affectu peccati venialis. 3° Legitima praeparatio, et singularis reverentia erga Deum in Eucharistia praesentem. ——— . ——— .

c. 4. v. f.

De jejunio Eucharistico

Q: Quotuplex est jejunium? Jejunium est quadruplex 1º Naturale, quod est abstinentia ab omni cibo et potu, ita ut a media nocte nihil sumptum sit. 2º Spirituale quod est abstinentia a peccatis 3º Virtuale, quod est abstinentia a cibo et potu juxta regulam temperantiae. 4º Ecclesiasticum, quod definitur abstinentia a quibusdam cibis, juxta praescriptum Ecclesiae, cum unica in die refectione hora competenti sumenda.

Scholion 1um Jejunii Eucharistici necessitas non est de jure divino, quia Christus Eucharistiam instituit, et praestitit Apostolis post legalem coenam, sed est de jure apostolico, quia quod tenet universa Ecclesia, nec conciliis institutum, sed semper retentum est, non nisi apostolica authoritate traditum, rectissime creditur, sed morem Eucharistiae non nisi jejunis dandae universa ab initio servat Ecclesia

Scholion 2um Severa jejunii naturalis seu Eucharistici lex exigit, ut a media nocte die illius, quo quis Eucharistiam conficere vult vel recipere, nihil omnino sumpserit, sive per modum cibi et potus, sive per modum medicinae, aut rei cujusvis, quae consueto more dirigi possit.

Scholion 3um Optandum, ut qui ad sacram mensam accedere intendunt, aliquot antea diebus ab actu conjugali abstineant. Haud tamen deliquent, qui regulam hanc non

servant, seu debitum reddendo, seu etiam solius prolis intuitu exigendo, quamquam et hos ex decore satius est abstinere, aliis vero ut utcunque necessarium.

Quae: quale ex causa institutum est jejunium Eucharisticum? 3.ce ex causa teste S. Thoma 1.o in honorem hujus sacramenti 2.o propter significationem, quod Christus sit res hujus sacramenti, ergo et charitas ejus debet 1.o fundi in cordibus nostris. 3.o propter periculum vomitus.

15. Quaeritur: qualiter, et quarum rerum sumptione frangitur jejunium naturale? Solvitur jejunium naturale 1.o quod sumitur per modum cibi et potus in stomacho naturaliter alterabilis 2.o quod sumitur per actionem, quae proprie sit comestio et potatio. Hinc non solvit jejunium 1.o quidquid per modum salivae trajicitur in stomachum ut pituita et sanguis e cerebro gingivis ve defluens: item vini et aquae reliquiae, quibus os abluitur, cibi quoque, qui cum remanserint interdentes, cum saliva et per modum salivae trajiciuntur. Idem est si quis aut cibum momordit, aut jusculum, ut coqui solent, vinumque lingua solum et palato degustavit. Secus si deglutiantur ex proposito in quacunque parva quantitate. Nec solvit jejunium, quod per respirationem attrahitur, ut pulvis calx, pluvia, fumus, aspae carnis etc: tum quia nihil est horum quod veri cibi et potus rationem habeat. Nihil etiam obsunt jejunio, aurum, plumbea glans, et ossicula quae

dant,

nonulla vero, ut charta, papyrus, terra, carbones, stramen, con=
cisum et dentibus tritum, eidem probabiliter adversantur,
etiam et creta, quam mulieres quaedam, per modum medi=
cinae sorbent, communionem impedit, quia haec aliquid nu=
tritivi humores habent, et plus et minus digeruntur, quam
priora. Non opinatur jejunus fore qui sanguinem propri=
um etiam non exceptum per os, sed ab intus manentem
sponte sorberet. Hungarica aqua, si quid ejus in os in=
gestum sit, et inde trajectum, jejunio haud adversatur,
quia id per salivae modum excipi consuevit, sicut si de pro=
posito fiat. Quoad tabacum attinet, quidquid ejus ad fau=
ces devenit, promte ejicitur non nocebit jejunio. Si=
tamen sit cibus os intret et deglutiatur impedit com=
munionem, quia est medicina licet multis noceat, etiam
iis qui sumpsissent evomerent. Qui tabaci folia mandant,
ut aquas ex iis eliciant, aut tabaci fumum, per os
naresve atrahunt, censent Theologi, hanc tabaci mas=
ticationem jejunio adversari, quia fieri non potest, quin
plurimae tabaci particulae succique tenuiores trajician=
tur atqui trajectio haec ad jejunii solutionem sufficit.
Quod spectat ad tractionem fumi id una est opinio.
Ego autem multis contra multas concederem, solvi jejunium,
tunc praesertim, cum quis ope instrumenti fumum tabaci,
aut caminum ad stomachum per fauces transmittit volun=
tariae transpiratione, quomodo traicitur musca aut herbarum
fumus, qui viatorem pene suffocat.

Quaer: An in hoc jejunii naturalis praecepto detur parvitas materiae seu ex parte temporis, ut si quis aliquot tantum minutis post mediam noctem aquae scyphum hauserit? In neutro casu datur parvitas materiae, quae a gravi sacrilegio causat. Obstant enim concilia plura, quorum alia depositionis ut Bracarense 3. alii excommunicationis uti Toletanum 7. poenam decernunt iis, qui minime jejunii comunicaverint.

Quaer: Quid faciendum est ei, qui dubitat utrum ex abluendo aliquid per modum cibi et potus deglutiverit, v. certo se deglutisse ambigit an ante mediam noctem, quia medii loci horologia alia ab aliis dissonant? R. Si dubium prudenter cadenti nequit tenenda est in hoc casu pars, quae in dubio removet a peccato, proinde quae abstinendum a synaxi. Quo ad horologia iis adhaerendum, quae plus merentur fidei.

Quaer: An et quae causae ab austera jejunii naturalis lege excusent? Causant 1o vitandae irreverentiae necessitas, ut si periculum sit. Ne hostia sacra in Magi Judaei alterius ve infidelis potestatem deveniat. Item ne comburatur aut aliud quid subeat inhonesti, tunc enim et laico contingi, et ab eo non jejuno, si desit sacerdos aut qui jejunus sit laicus sumi potest. Idem est si post consecrationem calicem deficiat sacerdos, ne praesto sit sacerdos alius, qui sumat sanguinem, neque citra corruptionis aut gravis alterius irreverentiae periculum servari valeat, tunc enim et

jejuno sumi potest. Ratio est, quia jejunii lex non
nisi in favorem Eucharistiae constituta sit ergo non
obligat, quoties ipsa Eucharistiae Reverentia contrari-
um postulat. 2° A jejuno excusat necessitas vitandi
scandali alteriusve ~~damni~~ damni alteri notabilis,
quia positivi leges non obligant cum tanto dispendio.
+ Hinc potest sacerdos non jejunans celebrare 1° ut mortem
vitet sibi intentatam, nisi celebret, modo non intenta
in contemptum fidei v. religionis quod fieri potest. 2° Ne
incurrat gravem infamiam, si postquam sacrum inchoavit ab
altari recedat. 3° Excusat etiam sumptio viatici, non
ab infirmis tantum, qui naturali morbo tendunt ad inten-
tum, sed et benevalentibus a judice damnatis ad mor-
tem. Sciendum tamen est a peccato non esse imunem
Parochum, qui mane ad infirmum adhuc jejunum Eucha-
ristiam deferre commode valens differt in vesperam cum
ille jam jejunus non erit. 4° Excusat sacrificii per-
ficiendi necessitas pura, cum sacerdos peracta consecra-
tione solius etiam panis, deficit, nec haberi potest
jejunus, qui missam perficiat. Ita Doctores communiter
quia perfectio sacrificii est de jure divino. 5° Excusat
dispensatio, quae a solo Romano pontifice concedi
quidem potest remissione tamen extra assignatos infir-
mitatis casus conceditur. — — —

Quid faciendum est, si sacerdos uno quadrante ante duodecimam horam missam inchoat, nec errorem detegit, nisi peracta jam consecratione? Dicunt multi ut ministri communionem ad mediam usque horam differat, et temporis residuum det orationi, ut haereat in memento, potest etiam pro more consueto juxta alios continuare missam, praesertim si sacerdos infirmus sit, et qui adstant tantam moram aegre sint laturi. Si idem sacerdos ablutionem ante mediam noctem sumpserit, post tridie duas alias missas celebrare potest, quia non constat in casu missam hanc censeri, ut certam dictam in festo nativitatis, prout de ea constat, quae coram papa celebratur.

Quid est faciendum si sumpta ablutione superstitis hostiae particula perspiciat sacerdos? Definitum est his rubricae verbis: Si sacerdos deprehendat etiam post ablutionem reliquias relictas consecratas eas summat, sive parvae sint sive magnae, quia ad idem sacrificium spectant. Si vero relicta sit hostia integra consecrata, eam in tabernaculo, cum aliis deponant, et sequenti sacerdoti reliquat. His non peccat, qui sacramenti reliquias sumit post ablutionem quia non violat Ecclesiae praeceptum, venialiter vero peccat, si hoc sine rationabili causa facit, et mortaliter, si omissio haec, fiat cum gravi sacramenti

irreverentia. Ex dictis sequentia fluunt dubia.

Dubium 1^m. An eae etiam Reliquiae, possunt quae non in eodem sed in praecenti sacrificio consecratae fuerint, sumi possint post ablutionem?

Resolutio. Fragmenta, quae ex praecedenti sacrificio consecratae manserunt hoc ipso quod in eodem consumpta non fuerunt pertinent ad sacrificium subsequens ejusdem vel alterius Sacerdotis, qui potest et eo, quo tenetur sacrificii praecedentis defectus supplere, ut constat ex Rubricis.

Dubium 2^m. Quotum intra tempus superstitis Reliquiae a ministro consumi possunt? Resolutio. Saepe quamdiu necdum ab altari discessit, etsi forte ibi diu fuerit moratus ad Eucharistiae dispensationem. Ratio est, quia quamdiu altari adstat sacerdos, moraliter unam sacrificii actionem continuare censetur. Si vero ab altari in sacellum, aut alio recessit, tam etsi adhuc sacris vestibus indutus manet, eadem fragmenta, neque hic neque alibi sumere potest, esset enim id nova ac distincta communio severe prohibita. Quod si eaedem reliquiae citra irreverentiam servari nequeant, tunc a Sacerdote etiam vestibus sacris exuto sumi possunt, vel tradi cuipiam ad communionem disposito, qui casus sit quarti ab omnibus conceditur.

Dubium 3^m. An eadem hostiae integrae sit ratio, quae fragmenti?

Resolutio quia fragmenta sunt quaedam Sacrificii partis, et ut sic ad ejus integritatem pertinent, sed formulae integrae non se habent ut partes Sacrificii sed solum consecrantur, ut postmodum fidelibus distribui possint. Unde graviter peccat Sacerdos, si post ablutionem non jejunus integras formulas sumit, nisi id ad vitandam Sacramenti irreverentiam necesse sit.

Dubium 4tum Quis dicentior sit pixidis purificandae modus?

Resolutio. Pixis ex usu communi intra missam purificari debet, et fragmenta, quodquod poterunt ex pixide in calicem infundenda sunt, et cum praetioso sanguine sumenda – infundendum deinde in pixidem semel v. pluries vinum, et ex pixide in calicem, et quid quid particularum superest, cum prima v. secunda imo et tertia ablutione sumatur. Demum et calix et pixis purificatorio abstergi debent.

Quae: quae dispositiones ex parte corporis requiruntur ad recipiendam cum fructu Eucharistiam? Requiritur primo Jejunium naturale, consistens in eo, quod nihil omnino per modum cibi et potus v. medicinae a primo ictu duodecimae nocturnae, ab ore in stomachum traiicitur, atque per universum orbem mos iste servatur. 2do Puritas seu munditas a pollutione etiam inculpabili, non quidem ex necessitate, sed ex quadam congruentia, praecipue quando cum turpi imaginatione contingerit. Requiritur 3tio modestia externa.

Scholion 1um Excipiuntur a jejunio naturali his in casi-
bus: 1o cum Eucharistia datur in viaticum 2o cum periculum est ne hostia male tractetur ab haereticis & 3o cum sacerdos in inchoata missa recordatur se non esse jejunum, nec potest sine scandalo recedere 4o cum sacerdos celebrans post consecrationem, impotens evadit ulterius prosequendi, tunc sacerdos non jejunus, jejuno deficiente, sacrificium absolvere tenetur 5o cum sacerdos advertit in calice, quem hausit solam aquam apositam fuisse, curare debet vinum infundi illud consecrare, quia tenetur sacrificium perficere. 6o cum post ablutionem aprehenditur celebrans alias particulas, quae comode aservari non possent, nam sumantur per modum unius refectionis.

Scholion 2um Lepra sanguinis fluxus menstrua infirmitas praesertim, aut conjugalis actus et polutio, quae sine patientis culpa eveniant et si sunt in casu inculpabilia, non obstant per se comunioni, abstare tamen possunt ex congruitate. Secus si sint culpabilia.

Corol: Optandum, ut qui ad sacram missam accedere intendunt, aliquod antea diebus ab actu conjugali abstineant, haut tamen delinquent, qui regulam hanc non servant, seu debitum reddendo, seu etiam solius prolis intuitu exigendo quamquam et hos ex decore satius est abstinere.

Quae: quae dispositiones requiruntur in suscipiente ex parte animae? Requiruntur status gratiae, immunitas ab affectu peccati venialis 3o Legatione praeparatio, et singularis reveren-

tia

in sacramento praesertim.

Quae: An qui peccati alicujus inter confitendum oblitus est, illud ante communionem aperire teneatur? Qui rare confitentur, ante confiteri debent, quam ad synaxim accedant, et paulo post quia debiti solutio diu differri non debet.

Quae: quid est faciendum si delata ad moribundum Eucharistia, ac petita a Ministro reconciliatione, fateatur aeger crimen aliquod constanter reticuisse unde iteranda est ei annorum 20 vel 30 confessio? Vel aeger ad interitum vergit, vel satis virium et temporis habet, ut denuo plene confiteri ~~debeat~~ valeat: Si 1mo Eliciendum est ab eo quidquid poterit, praesertim, quo ad graviora, sic ut nec omnino defatigetur, nec gravis adstantibus ingeratur suspicio. Si 2do videndum an legitimo aliquo praetextu, puta animi perturbati sibique male praesentis receptionem viatici differre possit, an non differendo gravem subeat boni nominis jacturam. In priori casu eliciat ipse vel ejus nomine, alii, mentem haud sibi satis liberam ut jam nunc Xti corpore reficiatur. — In posteriori autem casu conabitur sacerdos, ut in eo plenam contritionem accendat, et Eucharistiam porriget, deinque ab aegro sub aliquo colati praetextu revocatus integram ut poterit confessionem ejus excipiet, et absolutionem largietur.

Quae: An qui jam Sacra celebrans recordatur se esse in peccato mortali, statim actum contritionis elicere teneatur?

R: Tenetur, quia tanta est singularum sacrificii partium dignitas, ut nulla sit, quae dato a sacerdote congrue possit exerceri. Hoc tamen acquirendum moraliter; non enim decet, ut qui Evangelium legit aut canit haereat in medio. Unde satius, ut elevata tunc cursim ad Deum mente prosequatur, et idoneam brevem contritionis actum eliciat in fine.

Quaer: An qui praeter missam ob confessarii defectum confessione sacris operatus est, quam primum sub gravi teneatur ad confessionem? Affirmative, juxta praeceptum Trident: Sess: 13 cap: 7. Si necessitate urgente sacerdos absque praevia confessione celebraverit, quam primum confiteatur.

Scholion. Voces quam primum, aetatem, mox, in continenti et similes, in strictissimo sensu sumi debent, unde sacerdos peccator, si ipsa celebrationis die copia fuerit confessarium, confiteatur oportet, si id absque magna difficultate esse possit.

Quaer: An possit homo justus aliquando utiliter a communionem differre et se privari ad tempus, ut venialia quaedam delicta salubri poenitentia eluat? Potest quia ipsi etiam sancti aliquandoque communionem distulerunt ad tempus, ut venialia quaedam eluerint poenitentia.

Quaer: Cur et quale est peccatum communio indigna? Communio indigna est peccatum immane, ut tamen omnibus, quibuscunque gravius quia dicit S. Thomas: qui projiceret hoc sacramentum in lutum vel canibus ad manducandum, multo gravius peccaret, quam qui cum conscientia peccati mortalis ad hoc sacramentum accedit.

Quae: quod sunt proprietates hujus Eucharistiae? Sunt 1º Permanentia Xti in Eucharistia 2º Exterior qui eidem defertur cultus 3º Sacramenti hujus necessitas et 4º Efficacia.

Quae: An pro nutu Sacramentum exponi possit? Non, sed requiritur 1º Publica causa, quae ad bonum publicum conducit, puta Religionis. 2º Requiritur expressa Dioecesani Eppi facultas, ait enim Synodus Mechliniensis Nimia frequentia minuit reverentiam.

Quae: An ad restringenda incendia turbinesque avertendos Corpus Xti deportare liceat? Est prorsus illicitum est 1º quia id prohibuerunt sapientissimi antistites, ut S: Carolus Boromae 2º Quia licet nonnunquam ad Eucharistiae praesentiam extincta sint incendia, contingere tamen potest ut non extinguantur: tunc autem deperit aliquid pietati, ut in haereticis tantum et perditis hominibus, sed et in mulierculis aliisque id genus qui de rerum sanctitate ex eventu judicant. 3º Quia fieri nequit ut in tumultu incendii debitus Sº exhibeatur honor.

Quae: Utrum Eucharistia sit necessaria necessitate medii ad salutem? Non: nam cum solo baptismo potest salvari aliquis, sicut re ipsa parvuli salvantur. Est tamen necessaria necessitate praecepti divini et Ecclesiastici ad salutem respectu adultorum, quos obligat 1º in vitae periculo, quia tunc quisque curare tenetur de mediis ad pugnandum contra daemonis tentationes necessariis 2º Saepius in vita, quia est animae cibus. Dixi Eucharistiam esse necessariam necessitate prae-

cepti divini Ex Joanne C. 6. Nisi manducaveritis etc: atqui Xti haec verba praeceptum continent, ergo etc: Dixi necessariam esse necessitate praecepti Eucharistiae, quia habetur Trid: Sess: 13. C. 9. Si quis negaverit, omnes et singulos Xti fideles utriusque sexus, cum ad annos discretionis pervenerint, teneri singulis annis saltem in paschate ad communicandum juxta praeceptum Sanctae Matris Ecclesiae, anathema sit.

Scholion Quamvis laudabilior sit frequens Eucharistiae usus, quam rarior non est tamen absolute necessaria ad salutem communio frequentissima; ut autem quis frequenter et frequentissime communicet, non sufficit ut a peccato mortifero immunis sit sed expedit, ut ex affectu non adhaereat peccato veniali, et ut non modicum Eucharistiae desiderium habeant.

Quae: Utrum communio sub utraque specie sit jure divino praecepta fidelibus non sacrificantibus? Minime ait Concilium Trident: S: 21. C. 1. fundatum in sacrae scripturae verbis Joan: 6 Si quis manducaverit ex hoc pane vivet in aeternum.

Quae: Quos nam quando nam et quo modo obligat praeceptum Ecclesiae Eucharistiam accedendi? 1o Obligat omnes utriusque sexus, postquam ad annos discretionis pervenerint. 2o Obligat semel in anno ad minus in Paschate 3o Obligat ut Eucharistia pie et devote et reverenter suscipiatur. Unde Innocentius XI, hanc damnavit propositionem Praecepto communionis annuae satis fit per sacrilegam Corporis Domini manducationem.

Quae: An aliquando licita sit Laicis sanguinis sumptio? Licita est in his casibus 1o Cum alioqui calix ab haereticis profanandus sit aut defuncto post consecrationem sacerdote corrumpendus 2o Cum sacerdos sanguinem in terram effusum nolit lambere 3o Cum obtenta est a Romano pontifice speciei utriusque recipiendae facultas,

aut immemorabili usum confirmata. 4º Cum Latinus apud apud Graecos communicat in eo loco ubi nullum Latini templum habeat. 5º Cum Laicus in extremis panem sacrum deglutire non possit, tunc ei vini specie porrigere licet, juxta multos dicentes hoc in casu divinum de recipiendo viatico praeceptum humanum praevalere debere.

Sed hoc negant multo plures dicentes, quod lex divina non obliget, nisi quando observari potest cum debita reverentia praecipueque ritibus graves ob causas ab Ecclesia praeceptis.

De effectibus Eucharistiae.

Quod sunt effectus Euchariae praecipui? Sunt 6. 1º Spiritualis animae nutritio 2º Liberatio a peccatis venialibus et praeservatio a mortalibus et consequenter perseverantia in bono 3º Ineffabilis unio cum Xto 4º Imminutio fomitis peccati 5º Est pignus futurae gloriae et semen resurrectionis 6º Remissio per accidens peccati mortalis.

Quaeritur: Utrum Eucharistia conferat per se remissionem peccatorum? Non confert, nam ad Eucharistiam recipiendam requiritur status gratiae 1ª Corinth c. 11. Probet autem se ipsum homo et sic de pane isto edat et de vino bibat. Et Conc: Trid: contra Lutherum et Calvinum definivit: si quis dixerit praecipuum fructum Sae Eucharistiae esse remissionem peccatorum vel ex ea non alios effectus provenire, anathema sit.

Quae: quandonam Eucharistia in suscipiente producat suum effectum? Tunc producit, cum in stomachum projecta est, quia tunc verum est dicere, quod nutriat vitam spiritualem animae.

Quae: Utrum effectus ad veniale peccatum impediat effectum Eucharistiae?

Non impedit augmentum gratiae habitualis et charitatis, sed tamen impedit fervorem charitatis, et dulcedinem refectionis spiritualis ut docet S. Thomas

Quae: Utrum Eucharistia, quatenus est Sacramentum, aliis quam sumentibus prodesse possit? Non potest prodesse directe et ex opere operato, quia per modum cibi fuit instituta, sed cibus non prodest nisi sumenti ergo — Potest prodesse indirecte ex opere operantis, si nimirum communicans in aliorum gratiam communionem suam offerat.

De Extrema Unctione.

Quid sit Extrema Unctio? Extrema unctio est sacramentum unctionis infirmorum a Christo institutum, ad sanitatem mentis et corporis precibus sacerdotum obtinendam, per infusionem gratiae sanctificantis et sanationem morborum, ubi saluti animarum expedit.

Quae: Estne extrema unctio verum Sacramentum? R: Est nam habet omnia requisita 1o Est signum sensibile nempe: unctio et oratio; 2o habet vim producendi gratiam, et si in peccatis sit remittentur ei 3o Est a Christo instituta ~~promulgata~~ # indicat presbyteros Ecclesiae 4o Est perpetua, ut constat ex continua praxi Ecclesiae. Confirmatur ex Concilio Tridentino sess: 14. c. 1. Si quis dixerit extremam unctionem non esse vere ac proprie sacramentum a Domino Christo nostro institutum et a beato Jacobo Apostolo promulgatum, sed ritum tantum acceptum a Patribus, aut figmentum humanum anathema sit.

Marci c. 6. ungebant oleo multos et sanabant. Jacobi c. 5 Inducant presbyteros

Quaerit: Quando est extrema unctio instituta? incertum est quo tempore Christus instituit hoc sacramentum, probabilius tamen videtur institutum fuisse tempore inter Resurrectionem et Ascensionem.

Quaerit: Quae sit materia et forma extremae unctionis? Materia remota est oleum olivarum benedictum ab Episcopo, proxima est unctio. Forma sunt verba per istam sanctam unctionem, etc.

Scholion 1^m^ Juxta concilium Trident: potest Sacerdos ex commissione Eppi oleum benedicere ut constat ex praxi Ecclesiae Graecae, quam Clemens 8us approbavit.

Scholion 2^m^ Si oleum benedictum deficit debet sacerdos oleo consecrato admiscere non consecratum, ex illa enim unctione oleum non consecratum, consecrationem quamdam contrahit.

Scholion 3^m^ Oleum balsamo aliisque aromatibus admixtum sufficiens et idonea est materia, modo eam admixtione non mutetur olei natura. Sed tamen non licet tali oleo seu chrismate uti.

Scholion 4um Non una est Ecclesiarum praxis, quae corporis partes inungi debeant, nam Graeci ungunt frontem, ambas genas, deinde pectus, tum sensus, idque ex utraque parte, postremo pedes. Latini autem ex Decreto Eugenii 4^i^, ungunt in oculis, propter visum, in auribus propter auditum, in naribus propter odoratum, in ore propter gustum et locutionem, in manibus propter tactum, in pedibus propter gressum in renibus propter delectationem ibidem vigentem.

Quibus haec addit rituale parisiense in foeminarum unctione tangat tantum sacerdos partem pectoris superiorem, manus vero, quae reliquias infirmis interius ungi debent presbyteris exterius unguntur.

Scholion 5um Non requiruntur plures unctiones, quia etiam una sufficit ad Sacramenti substantiam, tum quia Jacobus simpliciter unctionis mentionem facit, non plurium, tum quia idem hic dicendum est de multiplici unctione, ac de 3^ci^ immersione in baptismo, quae essentialis non est.

f. f. v. g.

Scholion 6. Quando contigit infirmum esse aliquo membro mutilatum, inungi debet pars membro amputato magis proxima. In orbis autem aut surditis a nativitate, inquit rituale Parisiense non fiat unctio oculorum aut aurium vel iis sensibus respondentia proferantur.

Quaerit: quisnam sit minister extremae unctionis? Est solus sacerdos, quo nomine intelligitur et Eppus: Inducat Praesbyteros Ecclesiae dicit S: Jacobus. Nullus tamen sacerdos potest extra casum necessitatis hoc sacramentum licitum administrare, nisi habeat jurisdictionem ordinariam vel delegatam, ex Clementi 8o de presbyteris. Si autem desit sacerdos tali jurisdictione praeditus, poterit in casu extremae necessitatis sacramentum hoc licite a quovis alio etiam Religioso conferri.

Scholion Extrema unctio apud Graecos a 7. sacerdotibus administratur, et apud Latinos a pluribus olim fuit collata sed tamen sufficit absolute unus sacerdos. Quia verba hac Jacobi adducat Presbyteros idem sonant ac si diceret adducat aliquem ex Presbyteris, quomodo dicimus confiteri peccata Presbyteris hoc est alicui Praesbytero.

Quaerit: Quid est subjectum Ext: Unc:? Ex textu S: Jacobi: Infirmatur quis in vobis, inducat Presbyteros et oratio fidei salvabit infirmum, liquido constat soli infirmis dandam esse extremam unctionem, quod etiam praxi confirmavit Ecclesia occidentalis. Non autem orientalis, quae sacros inungit per inde ac infirmos.

Quae: An administranda sit Extrema unctio illis, qui jam jam morituri sunt an illis etiam, de quorum morte timetur, ut patet ex Conciliis et perpetua praxi Ecclesiae Ex his infertur: Sine tamen Extrema necessitate aut saltem tacita Parochi sub Excomme prohibuit Eccsa administrare.

Corol: 1um Non esse expectandam ultimum vitae periodum, qua homo extremum agit spiritum, ut inungatur, sed praeoccupandum esse istud tempus, cum adhuc infirmus integris est sensibus.

Corl: 2um Nec infirmus, qui levi aliqua laborat infirmitate, ex qua mors timeri probabiliter non possit dandam esse unctionem extremam, quia Sacramentum hoc ad expugnanda peccata destinatum est. Si in peccatis fuerit dimitentur ei.

Corol 3um Nec danda est eis, qui cum sano sint corpore, probabile v certum vitae periculum adeunt v.g. qui praelium commissuri sunt, aut capite plectendi, quamvis enim omnes illi egeant praeparatione ad mortem non tamen pro illis sed pro solis aegrotantibus institutum est hoc Sacramentum constat ex S. Jacobo ut docet Catechismus Romanus.

Coroll. 4um Adhibenda est amentibus furiosis et arepticiis, si dum sana mente erant, signa sincera ad Deum conversionis ostenderint, maxime si antea Sacramentum exoptassent, si autem ejusmodi homines nulla habent lucida intervalla, nec possit ipsis unctio administrari, sine evidenti periculo irreverentiae, satius foret comicasa

illos non inungi, cum Sacramentum hoc non sit absolute necessarium, ad salutem.

Corol: 5m Non est deneganda extrema unctio iis Adeanis, qui subita vi morbi oppressi omni sensu destituuntur, nec sumus de peccatis dolorem, ac Sacti desiderium significare possunt; eorum quippe perfecta fides videtur non obscurum esse argumentum desiderii eorum, quod ac praesent demonstrarent.

Coroll: 6. Denique non est deneganda Ext: unctio senibus qui crepta senectute, quamvis nulla urgente infirmitate in dies morituri creduntur, ipsa enim gravis et aerosa senectus est morti proxima infirmitas. Ita Consilium Mediolanense.

Quae dispositiones requiruntur in subjecto Extremae Unctionis? Duae: Status gratiae, quia est Sacramentum vivorum et intentio saltem habitualis recipiendi sacramenti.

Qui sunt effectus Extrae Unctionis? Sublato obice sunt: 1o Productio gratiae sanctificantis 2o Remissio peccatorum. 3o Abstersio reliquiarum peccati, hoc est propensionis ad malum. 4o Alleviatio animae infirmi per magnam divinae misericordiae fiduciam qui in eo excitatur. 5o Corporis sanatio, si ea proderit animae saluti. Hi omnes effectus in verbis Sti Jacobi continentur, ita Conc: Tridentino sess: 14 recensentur.

Proprietates Ext: Unc: sunt necessitas ejus, et iteratio.

Quaeritur utrum Exa Unctio sit necessaria? Exa unctio, non est necessaria necessitate medii, sed est necessaria necessitate praecepti Divini et Ecclesiae, patet ex verbis S. J. Aritu= alibus Ecclesiae.—

Quaeritur, an Sacramentum Extremae Unctionis sit iterabile? Sacramentum hoc est iterabile, nam non imprimit characterem. Durante autem eodem morbo iterari non potest, nisi infirmus convaluerit, et postea in novum mortis periculum relabatur, ut manifestum est ex verbis Conc: Trid: Sess. 14.

De Peccatis.

Praenotatur. Vitium est perturbatio voluntaria naturae rationalis in iis, quae mores respiciunt, differt a peccato, quod est actus moraliter malus, vitium autem est dispositio mala inclinans in actum malum

Quaeritur quid sit peccatum et quotuplex? Peccatum definitur a S: Augustino, factum vel dictum vel concupitum aliquid contra legem Dei aeternam, seu brevius, est libera Transgressio legis. Dividitur in originale, personale, actuale, habituale, comissionis, omissionis, ignorantiae, infirmitatis, malitiae, cordis, oris, operis, contra Deum, contra proximum, et contra se ipsum, mortale, veniale, carnale, spirituale, peccatum nobis Adae introducitur.

1º Peccatum originale, est, quod aliena voluntate est comissum, et per viam generationis nobis traducitur ut est peccatum Adae.

2º Personale, quod propria voluntate peccantis comittitur. v: g: si ego pecco habeo peccatum personale.

3º Actuale est actus vel omissio actus difformis

4º Habituale est ipsum actuale peccatum moraliter perseverans, a quo non tam peccantes quam peccatores nominamus.

5º Comissionis, quo praeceptum negativum transgreditur v.g. furtum.

6º Omissionis, quo peccatum affirmativum praevaricatur v.g. omissio Sacri die festo.

7º Ignorantiae quod ab ignorantia culpabili antecedente voluntarium minuente tanquam a causa per accidens procedit, v.g. error in missa ex culpabili Sacerdotis nescientia.

8º Infirmitatis, quod procedit a passione antecedentem voluntatem ad consensum trahente v.g. Turpis libido.

9. Malitiae. quod ex plena voluntate et libertate absque ignorantia vel passione sensitiva antecedenter incitante comittitur. v.g. libera accessio.

10. Cordis, quod ex natura sua in corde consumatur v.g. gaudium

11º Oris, quod ore perpetratur, ut perjurium.

12º Operis, quod opere externo perficitur v.g ut adulterium

13º Contra Deum. quod specialiter opponitur reverentiae Deo debitae, blasphemia

14º Contra Proximum, quod proximo nocumentum adfert, ut furtum.

15º Contra se ipsum, quod violatur ordo rationis, quem homo servare debet pro recta sui ipsius gubernatione v.g. ebrietas.

16º Mortale quod mortem animae infert v.g: peccatum quodlibet grave.

17º Veniale quod leviter Deum offendit, nec mortem animae infert v.g. peccatum leve.

18º Carnale, quod in materia sensibili perficitur v.g. gula.

19num Spirituale, quod intus consumatur, et internam solum delectationem habet v.g. Superbia.
20m Capitale, quod non solum est peccatum in se, sed et aliorum peccatorum radix et causa impulsiva. ebri[etas]
21m Non capitale, quod ita est peccatum, ut non sit radix aliorum peccatorum.
An peccatum eo peccatum sit quod legi aeternae adversatur? Si nomine legis aeternae intelligatur actus, quo Deus judicat aut praecipit aliquid agendum vel omittendum, peccatum non ideo tale est, quia pugnat contra legem aeternam v.g. adulterium non est malum, quia Deus judicat illud malum esse, sed ideo illud Deus malum esse judicat, quia re ipsa malum est. Si vero per aeternam legem intelligatur summa haec Dei ratio, quam Deus ipse necessario in judiciis suis sequitur, quaeque Deum ipsum ita dirigit, ut ab ea recedere nequeat optime dici potest, peccatum per hoc esse peccatum, quia aeternae legi adversatur.
An essentia peccati consistat in privatione? Id per quod peccatum formaliter constituitur est quid positivum, non mera privatio, quia per illud peccatum constituitur in ratione peccati, per quod constituitur in ratione actus mali moraliter, sed peccatum constituitur in ratione actus mali moraliter per aliquod positivi, quod prius est omnino privatione.
Quotuplex sit subjectum peccati et quid? Subjectum peccati est duplex: immediatum, quod ipsa est potentia

quae peccatum committit, et mediatum, quod est agens pec- cati capax. – Sola creatura rationalis non tamen in om- ni statu, est subjectum peccati, ~~quia sola creatura rationalis non tamen in omni statu est subjectum peccati,~~ quia sola creatura rationalis et libera libertate etiam con- trarietatis ut alibi probatum est; Hinc peccare non possunt 1o Beati, 2o Animae purgatorio detentae imo 3o nec peccavit unquam etiam venialiter Ba Va Ma, ut docet Concil: Trident: s: 6. c. 12

Quae: An quilibet Infans statim ac atingit usum rationis teneatur ad Deum, ut ultimum finem se convertere, ut nisi fecerit peccet mortaliter? Infans statim ac moraliter usum rationis attinuit, teneatur sub poena peccati, se ad Deum convertere et ad hoc sufficiunt 2o. 1o quilibet statim teneatur legem sibi sufficienter propositi obsequi 2o Ut lex de se ad Deum convertendo intimatur homini statim, ac Rationis usum assecutus est sed hoc utrumque constat.

Quenam ignorantia excusat a peccato? Ignorantia invin- cibilis excusat a peccato, consequens nisi affectata sit excusat ab tanto; Concomitans non excusat ratione malae dispositio- nis, sed excusat ratione actus.

An detur peccatum ex passione? tum ex malitia? Datur nam passio, est apetitus sensitivi motio, quae extra ordi- nariam corporis mutationem producit, sed haec motio esse potest causa peccati juxta id Danielis c. 13. Concupiscentia

subvertet cor: Datur etiam peccatum ex malitia, quod scienter et libere committitur; quodque ex ignorantia vel ex passione anticedente productum procedit. Tales ii sunt qui quasi ex industria recesserunt a Deo, et omnes vias ejus intelligere noluerunt Jacobi 34.

An Deus vel Dei hostis sit causa peccati? R: Deus non est peccati causa, quasi velit, praecipiat, aut operetur peccatum, hominemve ad illud excitet, et impellat; seu quod idem est Deus non est efficiens, sed solum permissiva peccati causa, Diabolus est aliquo modo causa peccati; non tamen directe, sed indirecte, et per accidens, qui ad peccatum solicitat, et quantum potest inducit ille aliquo modo est causa peccati, atque ita se habet daemon, ut patet ex historia, tum Evae quam decepit, tum S: Jobi quem decipere conatus est: unde in S: Petri c. 5. adversarius vester Diabolus, tanquam leo rugiens, circuit quaerens quem devoret.

Q. Quid est occasio peccati et quomodo dividitur? Occasio peccandi est illud omne, quod ex natura sua vel circumstantiis inducit ad peccatum. Occasio dividitur in proximam, quae ex natura sua vel circumstantiis propinque inducit ad peccatum, et remotam remote inducit. Occasio proxima subdividitur in proximam per se, et proximam per accidens. Occasio proxima per se est ea, quae sic nata est inducere peccatum, ut attenta communi hominum fragilitate illud proxime inducat, in hoc ordine sunt: cantilenae, turpes, colloquia liberiora, visiones contra bonos mores etc.

Occasio proxima per accidens ea est, quae quamvis ex se et absolute homines proxime ad peccatum non inducat, hunc tamen aut illum inducit, attenta speciali fragilitate ipsius. In hoc genere sunt amorum professoris, artis quaedam negotiatio, officia, magistratus, et confessarii, Taberna.

Utraque dividitur 1º in internam et externam, interna ea est, quam quis unus quisque secum gerit, et in proprio sinu portat, talis est habitus pravis indoles ad iram prompta, ignorantia officii sui, quin et ipsa corporis et animae vis, scientia quae inflat. 2º Dividitur in voluntariam, et necessariam. Voluntaria est ea, in praesenti, quae dimitti potest solo voluntatis arbitrio, ut, ludus, Taberna, quorumdam librorum lectio. Necessaria vel est physice talis vel moraliter solum. Occasio physice necessaria ea est, cujus fuga a nobis non pendet, talis est occasio puellae, quae quotidianas experitur tentationes ex praesentia famuli, quem ipsa ejicere non potest, quin agendi peccuniae sibi debitae summa exilibet.

Occasio proxima ea est, quae sive de se, sive atenta peccatis dispositione, exponit hominem morali sive probabili peccati periculo, non autem ea, sola, in qua semper, aut fere semper aut frequentius peccat. Haec est praepositio, ad quam non satis attendunt viri alioquin accurate.

Quaer: Quaenam praescribuntur regulae, circa absolutionem poenitentis periti in occasione proxima? 1º Si occasio proxima sit praesens, et dimitti possit, non debet ordinarie absolvi poenitens,

nisi eam dimiserit, quia non potest absolvi, nisi qui habeat firmum propositum, non peccandi; a saltem qui non habet nisi propositum, de quo legitime dubitare potest, an serium sit. 2a Si occasio proxima sit praesens, sed physice dimitti non potest, puta cum duo, qui simul peccant in eodem carcere detinentur, poenitens absolvi non debet, nisi vere et efficienter corde et animo ab occasione se separaverit. 3a Si occasio proxima sit praesens sed moraliter, id est, sine gravi scandalo murmure aut damno temporali dimitti non potest, puta si frater cum sorore peccat, aut filius familias cum ancilla, quam ejicere non potest, aut famulus cum in hero aut ejus obsequium contractu obstrictus est, aut chyrurgus artem suam exercendo; haec in praxi 8a sequenda videntur 1o Si promittat poenitens, si post aliquod tempus opportunitatem habiturum recedendi ab occasione, expectandum erit illud tempus ut absolvatur, nisi quid aliud obsit 2o Si poenitens in ipso occasionis tempore post probationem vere sufficientem serio videtur emendatus, absolvi quidem poterit, sed omni conatu efficiendum erit, ut ab occasione illa, quam ex proxima remotam fecerit, statim ut moraliter possibile erit recedat. Regula 4a Si occasio non ita urgens sit vel non praesens, sed ex earum numero, quas poenitens extra se domumque suam quaeritare cogitur mitius aliquando cum eo agi potest, potest enim absolvi, et habitum peccandi nondum contraxit, et ab occasione omnino aversus et alienus esse prudenter judicatur,

aliaquin vero constanter differenda erit absolutio.

Scholion Quae hactenus facta de occasione peccati sunt dicta mortalis, ad occasiones peccati venialis extendi debeat servata proportione, et adhibitis iis conditionibus 1º Quod longe frequentior sit peccati venialis occasio, quam mortalis 2º quod major sit difficultas vitandi occasionem peccati venialis quam mortalis.

Unde peccatorum specifica distinctio desumenda sit?

Desumitur 1º e diverso motivo, quo eadem res praecipitur quia tunc duplex est objectum formaliter diversum, ac qui non observat jejunium praeceptum ab Ecclesia ex motivo Religionis, et injunctum a confessario in motivo poenitentiae duplex speciei peccatum committit. Desumitur 2º Ex objecto formali, sive circumstantiis habentibus malitiam speciei diversam; quia ab eis actus moralis desumitur malitiam moralem.

Quaeritur quandonam actus moralis ex objecto, fine et circumstantiis contrahit malitiam speciei diversam? Contrahit 1º Quando diversis virtutibus est oppositus 2º Quando ponit diversis ejusdem virtutibus diversis officiis, ut odium Dei et actus omissio, cum actus charitatis 3º Quando oponitur idem virtuti modo contrario ut in lege parsimoniae, ut avaritia, et prodigalitas ∕∕ modo diverso licet non contrario sic furtum detractio homicidium etc. oponuntur virtuti justitiae.

Externa ea est, quae ab extrinseco insidias struit. Occasio necessaria moraliter solum est v.g. puellae quae quotidianas experiuntur tentationes ex praesentia famuli Domino chari, dum erit illud tempus ut absolvatur.

Quid nam intelligatur per circumstantias peccatorum et quomodo eaedem dividuntur? Per circumstantias peccatorum intelliguntur accidentia quaedam actus humani, sine quibus actus ille, secundum essentiam esse et concipi potest. Dividuntur autem in circumstantias, et non mutantes speciem, in notabiliter agravantes peccatum, et peccatum minuentes.

1mo Circumstantiae speciem mutantes sunt eae, quae actioni veniali, addunt malitiam mortalem speciem distinctam a malitia actus solitarie sumpti, non autem ea, quae actioni mortali, addunt malitiam venialem, juxta Conc: Tridenti:, unde si quis duellum ineat ex aliquo gloriolae motu, circumstantia cur, in Confessione reticeri potest. Haec autem speciei mutatio in 3bus casibus contingi potest. 1mo Dum ex peccato veniali fit mortale, v.g. circumstantia quantitatis in furto 2do Dum ex peccato veniali unius speciei efficit mortale alterius speciei v.g. in verbo jocoso prolato intuitu fornicationis. Vel ex mortali efficit

mortale pariter speciei ejusdem v.g. in furto gravi ad ebri=
etatem facto. 3º Dum ex actu objective bono, efficit
actum moraliter peccaminosum v.g. si quis dat puellae
eleemosynam ad corrumpendam ejus pudicitiam.

2º Circumstantiae non mutantes speciem, aut ea, quae
efficiunt objectum actionis alicujus sub eadem morali=
tate, quam actio illa ex natura sua habet v.g. intentio
remissio, quantitas, duratio, ignorantia, vis, metus, ex
quibus actio magis vel minus vituperio vel laude digna
efficitur

3º Circumstantia notabiliter peccatum agravans est ea,
quae peccati malitiam moralem in eadem specie pluri=
mum adauget, sive ratione quantitatis materiae, ut
si quis 30 aureos furetur, sive ratione durationis, ut si
quis delectationi morosae pluribus horis indulgeat, sive
ratione materiae intentionis, ut si quis aeternam dam=
nationem optet inimico suo.

Circumstantia, minuens peccatum est ea, quae aliquid admittit de gra=
vitate peccati in sua specie relicti, talis est Circumstantia metus
in homine, qui ex timore mortis fidem negat, qui quamvis minus
committet peccatum semper tamen mortale.

Scholion Circumstantia, quae ita minueret peccatum, ut illud de
mortali faceret et veniale, non esset praesentis instituti, quia non
esset necessaria confitenda. Pro instrumento autem variationis pec=
catorum, sint subsidio, ut jam de actibus humanis recensitum
sequentia: Quis, quid, ubi quibus auxiliis, cur et quomodo quando,

quae semper pro diversitate status operantis in peccata agravantia, et minuentia suum influxum habent.

Coroll. Graviter peccat contra Religionem, qui Eucharistiam portans, actum venereum detractionem, contumeliam et alia indignus peccata committit, veniatiter vero, si reliquias alicujus Sancti portando id faciat ex circumstantia irreverentiae reliquiarum, et mortaliter ratione objecti et finis, si fiat in materia gravi. Pariter graviter peccat, qui inspiratione Divinae resistitur id notabiliter malitiam auget, id circo circumstantiam hanc in Confessione explicanda est. Duratio quoque actus virtuti oppositi, si sit notabilis, in Confessione exprimenda est, quamvisque ea ad peccatum mortale requiratur via definiri potest.

Quaer: Unde nam peccatorum numerica fit distinctio sumenda? 1o Ex objecto materiali v.g. plura furta, plura homicidia, fornicationes. 2o Ex complemento actuum ad id objectum v.g. furtum homicidium aut ejusmodi simile latrocinium pluries repetitum. 3o Ex interuptione morali v/ delectatio venerea aut conatus deliberatus furandi tot peccatorum numero distinctorum sunt circumstantiae, quod fuerunt morales abruptiones ab eodem conatu actu et reflexiones morosae ad eundem actum sus cipiendum. Cum autem intellexerimus distinctionem numericam peccatorum ex objecto materiali ex complemento actuum ad idem objectum pertinentium, nec non ex interuptione morali desumere,

sequentia hypotheseos proxime solvent Corollaria.

Coroll: 1^m Qui uno actu duos homines odit, de duobus detrahit, duos occidit, aut occidere meditatur, morose delectatur de copula, cum 2^bus aut pluribus habita committit peccata

Coroll. 2^m Qui uno actu 100 florenos 100 personis surripit, centum committit peccata, licet si eosdem 100 nummos uni personae furetur, non nisi unum faciat peccatum, gravitate aequalens centum furtis unius nummi, quia in priori casu 100 numero jura laedit, sicut qui uno ictu 100 homines occidit, in posteriori casu non laedit nisi jus unicum.

Corall 3^m qui blasphemat contra 12^m apostolos, aut qui familiae 12^m personis constanti mortem aut infamiam parat, 12^m peccatorum reus est. – Et si quis occidisset omnes ejusdem familiae personas, in qua esset pater occisoris, ejusdem uxor, sacerdotes, Laici, sine dubio reus esset patricidii propter patrem, uxoricidii propter uxorem in sacrilegii propter sacerdotes.

Coroll: 4^m Sacerdos in malo statu tot peccata committit, quot audit confessiones, aut poenitentes absolvit et baptizat alia ve sacramenta administrat. Idem dicendum est de Eucharistiae pluribus facta, quae licet idem sit convivium ejus tamen administratio pluribus facta est actio integra, et ab alia independens.

Coroll: 5^m Conjugatus, qui alterius uxorem cognoscit, hac una actione 2° numero peccatum committit, quia duo jura violat: unum justitiae seu naturae aliud Dei.

Coroll. 6^m Qui bis aut saepius se polluit, totidem comittit peccata numero distincta, quia qualibet pollutio, est opus inte:

grum; et ab altero foedere ejusdem speciei distinctum;

Quaeritur an omnia peccata sunt aequalia et inter se connexa?

Negative dicente enim Christo Joane 16. Qui me tradidit tibi, majus peccatum habet evidenter, evidenter patet peccata esse inaequalia. Et quia ea peccatis quaedam mortalia sunt, quaedam venialia, et quia diversa jura, ut jus naturae, et jus hominum, tum diversae virtutes, ut theologiae et morales laedi possunt, quae profecto non aequalium peccatorum sed alia mortalium et alia venialium sequelam tenent nemo in dubium vocabit. Neque omnia peccata sunt secum connexa, alias enim qui reus est mendacii, reus esset adulterii, quod ridiculum est, tum quia quaedam sunt peccata, quae ita sibi contraria sunt ut simul cohaerere non possunt, ut avaritia prodigalitas. —

Quaeritur: An peccatum, ita oponatur virtuti, ut cum ea consistere nequeat? 1° Peccatum veniale cum charitate et cum aliis virtutibus infusis consistere potest. 2° Peccatum mortale non potest consistere cum charitate, et virtutibus eidem connexis, quia fieri nequit, ut idem simul sit amicus Dei et inimicus, aliae vero virtutes, quae necessariam cum charitate connexionem non habent cum peccato mortali subsistunt, sic fides per infidelitatem amittitur, non per alia peccata prout docet Tridentinum Ses: 6. 3° Peccatum mortale cum virtutibus acquisitis consistere potest, eae enim sicut per plures actus aquiruntur, sic raro perduntur per unum, unde vir temperans, si semel in intemperantiam mortalem ceciderit, non statim omnem temperantiae habitum disperdit. — —

g. f. v. h.

Quae: Quid sit peccatum philosophicum, et num possit nobis imputari? Novum est hoc peccatum sub finem saeculi 17mi inventum, et ab Alexandro damnatum. Per hoc peccatum intelligitur transgressio legis moralis ab eo, qui Deum ignorat, aut de eo actu dum peccat non cogitat. Judicium de hoc peccato novo facile feres, si expendas, an invincibilis ignorantia Dei dari possit? et an possit imputari peccatum ei qui peccato Deum non cogitat.

Quaenam Requiruntur conditiones ad peccatum? Cum peccatum sit actus moralis constat, ad ipsum necessario requiri advertentiam, ex parte rationis, et consensum liberum ex parte voluntatis.

Scholion Advertentia hac sufficit interpraetativa, hoc sensu intellecta, quo quis advertere potuerit, et debuerit: et non requiritur actualis, aut formalis, quia de fide dantur peccata ignorantiae, ad peccata ignorantiae fiunt sine actuali advertentia. Hinc colligitur, ad peccatum non requiritur dubitationem scrupulum, suspicionem, attentionem. Ratio est, quia Athei ipse Nero, caeterique quorum Deus caecavit oculos, non peccassent objecto Dei et hominum timore sine scrupulo, quod nemo sane rationis affirmabit.

Scholion Advertentia imperfecta non sufficit ad peccatum mortale etiam si materia gravis sit, quia peccatum mortale, quod dissolvit amicitiam inter Deum et hominem, sine gravi culpa admitti non potest, a qua deficit advertentia imperfecta.

Quid sit consensus? et quomodo dividitur? Consensus est acceptatio et complacentia voluntatis in eo, quod intellectu proponitur. Estque 1o. Positivus, quo voluntas nec positive aprobando positive fertur in objectum ab intellectu propositum 2o. Negativus quo voluntas nec positive aprobando nec positive reprobando. 3o.# quo volunt directe

Directus.

Ex.

fertur in objectum ab intellectu propositum.
4º Indirectus quo voluntas indirecte seu non in se sed in alio.
5º Perfectus, quo voluntas totaliter.
6º Imperfectus quo voluntas partialiter.
7º Absolutus, quo voluntas absolute
8º Conditionatus quo voluntas conditionate.
9º Efficax, quo voluntas sufficienter et efficaciter.
10º Non efficax quo voluntas non sufficienter.
Scholion. Actus voluntatis complacentiae in malo: v.g. in fornicationis absque malo exequendi desiderio, vocatur delectatio morosa. Dicitur autem morosa, non amora temporis cum peccatum mortale uno temporis instanti perfici possit, sed amora. sua deliberatione rationis, quae delectationem hanc, postquam eam sensit repellere non curatur.
An delectatio morosa, qua quis de re illicita aliquando delectatur sit semper peccatum? Delectatio de sola cognitione rei illicitae, aliquando ab omni peccato immunis est, sic Confessarii et medici, qui de rebus venereis consulunt, possunt eas animo volvere, et meditari ideoque de earum cognitione delectari, modo tamen absit omnis affectus ad eas aut actiones illicitas et periculum consentiendi motibus sensualitatis, qui ex illa delectatione exurgere possunt. Ratio est, quia qui sic delectantur, non tamen de re illicita delectantur quam occasione ejusdem. Addo delectationem morosam speciem malitiae sumere ab objecto circa quod versatur ergo objectum hoc in confessione explicari debet, non autem solum objectum, sed et circumstantiae eidem anexae. Debet etiam poenitens, qui sic oblectatus est exprimere, an conjugatus sit, an voto ligatus.
An liceat delectari de opere, quod cum sit ex se mortale peccatum commissum tamen est sine culpa v.g. in amentia aut in somno?
Licitum est delectari de opere, quod cum ~~sit ex se mortale~~ tamen de inculpabilitate hujus operis, quia haec delectatio est de re bona tum de effectu, qui inde feliciter secutus est v.g. quod lites

77

58

Remeritur, quod sunt effectus peccati? Res: Sunt 4or. nempe macula animae, offensa Dei, reatus poenae, et poena ipsa.

sint ex homicidio causali, quod in polutione nocturna minutus sit tentationis aestus. 77

Scholion 1. Hanc maculam peccati reponunt Theologi in privatione nitoris antea animae inexistentis. Offensam autem definiunt injustam supremae dignitatis auctoritatis et amicitiae violationem Dei, et quaerenti an offensa haec habeat malitiam infinitam? Respondeo, peccatum prout est malum hominis, non habere malitiam intrinsece infinitam, quia malum non est majus bono quod privat bonum autem quod privat peccatum simpliciter finitum est non in se sed prout participatur ab homine. Peccatum vero, prout est malum Dei est objective et intrinsece infinitum, quia laedit ens infinite perfectum.

Schol. 2dum Theologi definiunt reatum esse obligationem ad poenam ob propriam peccatum subeundam, unde poena et reatus poenae non sunt idem. Xtus enim obnoxius erat poenae, nec tamen reatum habuit, quia pro alienis, non pro suis peccatis passus est. Poena, quae est malum naturae illatum ut culpa puniatur duplex est, alia praesentis vitae ut morti, alia vitae futurae, quae vel in purgatorio luitur vel in inferno eaque iterum est duplex, alia damni alia sensus. Poena Damni privat visione Dei poena, poena sensus corpus et animam cruciatibus affligit. Poena pro peccato mortali quo quis decessit in aeternum durabit juxta illud Isaiae 66. Vermis eorum non morietur, et ignis eorum non extinguetur et Math: 25. Ibunt hi in supplicium aeternum, justi autem in vitam aeternam. — Peccatum veniale non meretur poenam aeternam, ea tamen aliquando in aeternum punitur, quia, si quis, cum mortali uno, et altero veniali decedat, pro utroque peccato in aeternum punitur, quia Xtus pro damnato in tali statu posito non est mortuus.

Coroll: Ignis inferni et purgatorii materialis est, non methaphoricus. Confirmatur enim ex S. Augustino interprete quod scribitur: Sacra proprie et literaliter accipienda est, quando nihil sequitur absurdi

sed quod ignis inferni et purgatorii sit materialis, nihil habet absurdi, ergo ignis inferni est materialis.

De Peccatis in Specie.

Quae: An peccatum originale existit et unde nam ejus existentia concipi potest? Peccatum originale existit, et ejus existentia ex Scriptura Sacra Job 14. Quis potest facere mundum de immundo conceptum semine, qui solus es. Psalmo 50. conqueritur David: Ecce enim in iniquitatibus conceptus sum et in peccatis concepit me mater mea, Ubi per immundum semen de quo agit Job potest per iniquitates in quibus conceptus erat David non possunt aliquae maculae aut sordes corporeae intelligi, quae essent mundabiles ab homine, quam ipsum peccatum originale quod non nisi mundetur a Deo. Confirmat peccati originalis certitudinem ipsa traditio, quam sicuti sancti Ecclesiae Doctores quin et ipsum Concilium Carthaginense 418 contra Pelagium tractans statuit: quicunque parvulos recentes ab uteris Matrum baptizandos negat, aut dicit eos nihil ex Adam trahere originalis peccati, anathema sit, itidem etiam suadet sana ratio fide adjuta.

Quaerit: quomodo peccatum Adae posteris ejus communicet? Peccatum Adae non transit ad ejus posteros per voluntatem interpraetativam, aut ex natura rei sed dependenter a libera Dei constitutione Roman: 5. per unum hominem peccatum intravit in hunc mundum, et per peccatum mors et ita in omnes homines mors, in quo omnes peccaverunt. Ergo

posteri omnes in uno parente vi divinae dispositionis peccatum participaverunt, quae Adamum constituerat morale omnibus caput.

An quo nam sita sit natura peccati Originalis?

Natura peccati originalis sita est in peccato Adami, toti ejus posteritati vere et intime comunicato, prout Synodus Trid: Sess. 5. cap. 5.

Corol. 1.mum Sequitur subjectum peccati originalis omnes homines via generationis ab Adamo huc usque descendentes et descensuros, excepto Christo Jesu Domino nostro et ejus beatissima Matre Maria Vgne

Corol. 2.m Beatissima Vgo Ma quamvis contraxerit debitum peccati originalis cum redimi non potuit, si non fuerit peccatrix vel re vel saltem debito, cum Xtus pro nullo alio homine, quam pro peccatore mortuus sit, ut docet S. Augustinus libro 6.to contra Julianum, attamen firmissime creditur Bm Vm Mam ab omne labe Originalis peccati speciali quodam privilegio providentissimae Oeconomeae Dei esse exceptam et conceptam, quam sententiam sicut definivit Conc: Basilense seculo 14. esse piam cultui Ecclesiastico fidei Catholicae rectae rationi et sacrae scripturae consonam: sequentia propugnant argumenta, et quidem constat ex canticis Canticorum 4.o Tota pulchra est amica mea, et macula non est in te. Textus iste ex confesso Sanctorum Patrum. Putasi Hieronymi S. Augustini D. Thomae Joanis Scoti aliorumque numerum Ecclesia Doctorum et Theologorum omnem prorsus maculam, tam originalis, quam actualis peccati a Bma Vge Ma Dei Genitrice removet et excludit, quem etiam Ecclesia universalis seu Catholica non alicui alteri, quam Imaculatae conceptae Vgi Ma aplicavit. Constat etiam S. Andream Apostolum S. Petri Majorem natu germanum fratrem fuisse pulcherrime

in contestationem in decentiae Vis protulisse traditur anno Xti 50. Sicut primus Adam formatus est ex terra, antequam esset maledicta, sic ita secundus Adam seu Xtus formatus est ex terra Vne nunquam maledicta in Epistola Presbyterorum Achaiae. Imo postquam Scotus saeculo 14o coram universitate Parisiensi praesentibus Legatis Apostolicis in solemni disputatione exemptionem Bm Virginem a labe originali solidissime propugnavit, non solum totam facultatem traxit in suam sententiam, sed ea longe lateque ita diffusa est ut teste Vasquez apud omnes Theologos Scholasticos et Xti fideles ab hominum saeculis inveteraverit, et nullus jam ab ea dimoveri possit. Ad cujus sententiam Conc: Basilense saeculo 15 item varii summi Pontifices, puta Sixtus 4us in sua constitutione anno 1476 edita, Urbanus 4 anno 1483: constitutiones invocatae a Concilio Trid: an: 1564 s: 5. deinde a Pio 5. anno 1570: confirmatae sunt ac se confirmandam propugnarunt, rursus Paulus 5. in Decreto Sanctissimis omnibus fidelibus latis prohibuit, ne quis audeat in concionibus, conclusionibus, et aliis quibusque actibus publicis asserere, quod B. V. fuerit concepta originali peccato, quam prohibitionem Gregorius 5. anno 1622 in constitutione, Sanctissimus extendit, etiam ad scripta et colloquia privata exceptis tamen Patribus Dominicanis, quibus in alio Decreto eodem anno edito indulsit, ut privatim inter se, non autem inter alios de hac materia libere disputare valeant.

Quaenam sunt poenae peccati Originalis? Poenae peccati originalis, aliae spectant corpus, aliae animam, aliae

tani vitam, aliae futuram. Poenae corporis sunt, mors, morbi, aliaeque miseriae, poenae animae ignorantia, caecitas mentis, perversitas voluntatis, infirmitas in apetitu concupiscibili; poenae hujus vitae externae sunt: cibi et potus, inopia, vitae brevitas, odium Dei servitus Demonis, insidiae ac injuriae hominum, bella, tempestates, terrae motus, pestis et innumeri alii casus fortuiti, quorum damna nulla ratione praevideri aut caveri possunt: poenae vitae futurae non baptizatorum, est privatio beatitudinis, tam naturalis quam supernaturalis, num autem non baptizati infantes, etiam poena puniantur, haec incertitudo pendet ab hypothesi variorum seculorum, nam tempore pelagii, non defuerunt ex patribus praesertim latinis, qui cum S. Augustino docuerunt, peccatum originale puniri etiam poena aeterna sensus Verum sententia contraria saeculi 12 communissime apud scholasticos S. Thomam, S. Bonaventuram et alios praevaluit, quibus poena aeterna sensus pro peccato Adamo actualiter physice nobis autem moraliter solum proprio, videtur nimis esse acerba et crudelis, ergo quaenam sententia sit tenenda prudenter discute qui legis.

Coroll. Cum peccato originali, opponatur peccatum personale, quod v. actuale, v. habituale, et utrumque esse potest, v. mortale v. veniale, hinc de peccato mortali et veniali in praesenti disserendum praestat.

Quid sit peccatum mortale et quod uplex? Peccatum mortale est haec libera transgressio legis aeternae, quae mortem animae infert, estque duplex, unum est ex genere suo mortale, quod fit contra legem graviter obligantem. 2m est mortale per accidens nempe ex circumstantiis.

Quae requiruntur conditiones ex ad peccatum mortale? Requir. 3es

1° Ex parte intellectus plena advertentia 2° Ex parte voluntatis, perfectus consensus. 3° Gravitas materiae, Ex quibus si unum desit, fit veniale, quod alias esse potest mortale.

Quid sit peccatum veniale et quotuplex? peccatum veniale est talis transgressio legis, quae mortem animae non infert. Estque 2ex unum est ex genere suo veniale, quod fit contra legem leviter obligantem 2° est veniale per accidens, quod etiam si sit contra legem graviter obligantem, quia tamen committitur, absque plena advertentia aut libertate, ideo ratione talis circumstantiae veniale efficitur.

Quotupliciter peccatum mortale ex genere suo potest transire in veniale? 3ex 1° Ex parte intellectus, si non habeat perfecta advertentia malitiae peccati. 2° Ex parte voluntatis, si non sit perfectus consensus. 3° Ex parte materiae si haec sit parvi momenti.

Quot modis peccatum veniale ex genere suo potest transire in peccatum mortale? 5° modis 1° Ratione conscientiae erroneae aut scrupulosae, si ille actus, qui ex natura sua est levis, judicatur esse gravis. 2° Ratione contemptus, aut inobedientiae contra Deum vel superiorem. 3° Ratione nimii contemptus affectus in rem aliquam, si haec ita appretiative aestimetur ut peccator sit paratus potius praeceptum Dei sub mortali obligans transgredi, quam illam omittere. 4° Ratione ruinae et periculi proximi imminentis partem actum, qui ex natura sua, est levis v. g. verba minus casta prolata in praesentia pusillorum 5° Ratione periculi incidendi in mortale, dum nempe aliquis absque sufficienti cautela facit id, per quod facile labitur in mortale, quatenus

illud Ecclici c. 3. v. 27. qui amat periculum peribit in illo.

An ex multis venialibus, possit fieri unum mortale? Contra Sum Augustinum communis Doctorum opinio negat veniale propter sui multiplicationem posse fieri mortale. Qui si 7m peccata venialia non oponuntur gratiae sanctificanti, ergo neque viginti, aut 100, cum sint ejusdem rationis, ut colligitur Proverb: 14. Septies in die cadit justus, quomodo non diceretur justus? si 7em ejusdem peccata venialia juxta sensum Sur Sancti aequivalerent uni vel pluribus peccatis mortalibus.

De peccato Comissionis et Omissionis.

Praenotatur: Peccatum omissionis est transgressio praecepti affirmativi, quo jubetur actus bonus v. g. non audire sacrum, non jejunare, sunt peccata omissionis. Peccatum vero comissionis, est transgressio praecepti negativi, quo prohibetur, ne fiat aliquid mali v. g. furari, mechari, sunt peccata comissionis, quibus violantur haec praecepta, non furtum facies, non maechaberis. Praenotatur Non datur omissio culpabilis sine actu praecedente, qui sit causa vel occasio ejus.

~~[illegible]~~

An actus, qui causa est omissionis culpabilis habeat malitiam ab ipsa omissionis malitia distinctam? 1o Actus ex se indiferens, qui causa est vel occasio omissionis malae non aliam habet malitiam quam quae ipsi omissionis inest. 2o Qui scienter vel ex ignorantia aut inadvertentia culpabili ponit causam futurae omissionis eo ipso ejusdem omissionis malitiam contrahit. Hinc qui venationem sedecit, cum occasione omittendi rem divinam, licet postea casu acciderit, ut sacrum audiret, confiteri debet, non quidem se omisisse sacrum, sed causam praebuisse occasionem illud omittendi

Quia praeceptum, quod prohibet omissionem, prohibet quoque liberam ejusdem omissionis causam, qui enim dicit: prohibeo tibi, ut cras hora 7ma missae intersis, virtualiter dicit: prohibeo tibi, ne cras hora 7ma, luderis, etc. ergo si incumbas venationi v. ludo, cum moras periculo utriusque, jam transgrederis praeceptum, quo prohibetur omissio Missae.

An peccata commissionis et omissionis specie differant? Differant specie non solum physice, sed et moraliter, nam odium Dei alterius est speciei, quam ab omissione charitatis. Tamen peccatum commissionis fit omissionis fundamentum, utrumque ejusdem erit speciei, ut patet in eo, qui furatur, et non restituit.

An peccatum commissionis sit gravius peccato omissionis? Affirmative, quia gravius est ad objectum contrarium abire v. g. ad odium Dei, quam praecepto non adhaerere v. g. omittere actum amoris Dei.

De peccatis Capitalibus.

Quot sunt peccata capitalia, et quare ita apelantur? Sunt 7: Superbia, avaritia, Luxuria, invidia, gula, ira, et acedia, ideo ita apellantur, quia sunt capita et radices aliorum peccatorum.

Quid sit superbia et quotuplex? Est inordinatus apetitus propriae excelentiae, estque duplex, perfecta et imperfecta 1ma est per quam superbus ita excelere cupit, ut Deo et superioribus subiici nolit 2da Imperfecta est per quam peccator non renuit quidem subiici illis, quibus debet, apetit tamen excellere supra alios. 1ma est peccatum mortale 2da veniale.

Scholion. Causa v. origo superbiae est philautia, quae est inordinatus amor sui ipsius, philautia erat causa damnationis diaboli, qui prius peccavit peccato philautiae, ac tandem in superbiam elatus apetiit similis Altissimo.

Quod sunt filiae superbiae, et quale peccata? Sunt 3ᵒ: vana gloria, praesumtio et ambitio. Vana gloria est cupiditas inanis propriae excellentiae. Praesumptio est appetitus aggrediendi aliquid supra vires. Ambitio est inordinatus appetitus dignitatis et honoris indebiti, vel debito majoris. Filiarum superbiae peccatum per se est veniale, fieri tamen potest mortale, ratione materiae, finis, aut mediorum, quibus honor indebite quaeritur.

Quaenam sint superbiae remedia? 1ᵒ Notitia ipsius: Terra est et in terram reverteris g. 3. 2ᵒ Consideratio propriae infirmitatis, quia ex ipsis nihil possumus plus quam peccare, et quid quid boni videmur nobis facere hoc non nostrae causae sed Dei gratiae est effectus. 3ᵒ Atentio ad universae vitae nostrae partes, quales essemus ante ortum? merum nihil; quales in ortu tum esca vermium et ignis aeternae pabulum. 4ᵒ Diligens inspectio brevis, et somno similis vitae nostrae. Dii estis et tamen ut infimi homines moriemini Psal 81. Ubi nunc Napoleon? Ubi Alexander? Ubi tot Caesares? ubi innumeri Phylosophi et Theologi? qui laudantur ubi non sunt? Torquentur forte ubi in aeternum erunt. 5ᵒ Frequens Salvatoris Doctrinae recordatio: Discite a me quia mitis sum et humili Corde Math: c 11. v 29.

Quid sit avaritia et quale peccatum? Avaritia est amor inordinatus Divitiarum, quo nomine intelliguntur bona quaecumque etiam parva si nimium amentur. Estque peccatum mortale ex genere suo, Avaro nihil est scelerius, nihil est iniquius, quam amare pecuniam, hic enim et animam suam venalem habet Eccl̃o 10. Non potestis Deo servire et Mamonae Mathei 6. Si autem homo non propter divitias velit aliquid facere contra Deum aut proximum, avaritia ejus erit peccatum veniale, ita Sus Thomas.

Quaenam sint avaritiae filiae? Ex So Gregorio lib. 31. sunt proditio, fraus, fallacia, perjurium, inquietudo, violentiae variae, obduratio cordium, homicidium, Simonia, usura, neglectus Divinorum, et mala fere omnia.

Quaenam sint remedia avaritiae? Unicum et generale, ac praecipuum re-

remedium avaritiae est Xti vita, doctrina, passio, mors, ac ascensio
qui nihil sibimet assumpsit, sed omnia mundi mundo reliquit, ac
tandem tot Xti discipuli, qui omnibus bonis cesserunt ut nudi
nudam crucem sequerentur, ut fecerunt Apostoli S: Patriarchae
ordinum, et tot nobilis prosapiae viri quorum memoria in be-
nedictione est, et quorum aures intentae erant huic Xti monito:
Stulte hac nocte animam tuam repetunt, quae autem parasti
cujus erunt Lucae 12. 20.

Quid sit Luxuria et quale peccatum? Et quae ejusdem filiae?
Luxuria est inordinatus appetitus venereorum. Estque peccatum
mortale ex genere suo; Filiae luxuriae sunt 8o quarum 4or respi-
ciunt intellectum, et 4or voluntatem. Filiae luxuriae ex parte in-
tellectus, sunt Caecitas mentis, praecipitatio, inconsideratio, incon-
stantia. Ex parte voluntatis, amor sui, odium Dei affectus prae-
sentis saeculi, horror futurae vitae.
Quae sunt remedia Luxuriae? Remedia luxuriae aptissima sunt
eadem, quae etiam supra avaritiam.
Quid sit invidia, quale peccatum, quod sunt ejusdem filiae, et qua-
lia remedia? Invidia est tristitia quaedam de alienis bonis, quate-
nus nostris similia sunt vel iisdem majora. Est peccatum morta-
le ex genere suo quod confirmatur funesto exemplo Caini caede fra-
terna sese contaminantis ex invidia. Filiae invidiae juxta D.
S: Gregorium sunt: susurratio, exultatio in adversis et in prosperis
afflictio detractio et odium. Invidiae Remedia sunt 1o Custodia
animi, a concupiscentia carnis 2o attentio meditatio ad illud man-
datum Dei praeceptum: Diliges Dominum Deum Tuum ex toto cor-
de tuo, et proximum tuum sicut te ipsum, in quo universa lex pen-
det et prophetae Matth: 22. 37. 3o Testatio vitii invidiae similis dia-
bolo cujus invidia mors intravit in orbem terrarum Sapie: 2.
Quid sit Gulla, quotuplex, quot modis fit, et quod sunt filiae ejusdem?
Gulla est inordinatus appetitus cibi et potus; estque ex genere suo peccatum
veniale, nisi ita excedat, ut opponatur charitati Dei et proximi, vel sui

ipsius v. g. in usque ad vomitum quis edat et bibat: Vae qui potentes estis ad bibendum Josuae 5. Vae autem pro gravi, nisi seu potus aeternum in aeternum minatur in Scriptura ait Beda. Committitur Gula 5e modis praepropere, laute, nimis praeparata, ardenter, studiose. Filiae Gulae sunt hebetudo mentis inepta laetitia, multiloquium, scurrilitas, immunditia, neglectus officiorum. Remedia Gulae sunt sequentia 1o Timor malorum animae et corporis gulam consequentium 2o Fuga occasionum. 3o temperantia in potu et cibo 4o amor jejunii et exemplum Xti Domini jejunantis. 5o affectuosa oratio.

Quid ira? an ira sit peccatum mortale? an capitale? quas habeat filias, et quae sunt ejus remedia? Ira dupliciter sumitur in genere et in specie. Ira in genere spectata est appetitus vindictae. Ira est peccatum mortale ex genere suo; et quoniam non omnis appetitus vindictae est peccatum irae Psal 4o. Irascimini et nolite peccare ex quo fit ut saepius superiores irascantur puniendo culpam subditorum, quin tamen peccent, si ordinate id faciant, perspicuum itaque est, iram aliquando esse peccatum mortale, quandoque veniale tantum, et nonnunquam etiam nullum. Irae remedia sunt, in corde ore, opere; in corde indignatio et tumor mentis. In ore clamor, blasphemia, contumelia, et maledictio. In opere rixae, pugnae, seditiones, et vulnera. Irae remedium generale est ut discant iracundiosi exemplo Xsti mites esse, et humiles corde persecutionibus, et injuriis, animum opponere patientiae clipeum.

Quid sit acedia seu desidia? quale peccatum? quae ejusdem filiae? et remedia? Acedia est fastidium rerum spiritualium. Acedia est peccatum mortale ex genere suo, quia adversatur charitati; cum per eam parvi pendantur amicitia Dei et aeterna beatitudo. Filiae ejus sunt sex ex Sto Gregorio, malitia, rancorum, pusillanimitas, desperatio, torpor circa praecepta et Evangelio mentis ad illicita. Remedia ejus sunt, meditatio noctis illius aeternae, in qua nemo poterit operari, attentio ad tubam, minam comminantem eorum, omnis arbor, quae non facit fructum bonum excidetur. Servum inutilem projicite in tenebras exteriores Joan: 9.

De Poenitentia.

Quotuplici modo sumatur poenitentia, et quomodo definitur ejusdem notitio? Poenitentia sumitur ut virtus et ut Sacramentum. Ut virtus: Est virtus moralis infusa mentem inclinans ad detestandum peccatum, et de eo dolendum cum emendationis et satisfactionis proposito, et spe ac petitione veniae. – Poenitentia ut Sacramentum definiri solet a Catholicis: Sacramentum a Xto Domino institutum, quo per juridicam Sacerdotis absolutionem homini contrito confesso et satisfactionem spondenti remittuntur peccata post baptismum commissa. Ex quo sequitur.

Ita Contra Novatores duce Laurentio, Vallau, Erasmo, Beza, et Luthero, poenitentiam non importare solam consilii mutationem, seu novae vitae propositum, sed detestationem peccati et congruam ejusdem expiationem. Prob: Joel 2o. Convertimini ad me toto corde vestro jejunio in fletu et in planctu, et scindite corda vestra, et non vestimenta vestra. In hoc textu poenitentia non reponitur tantum in novae vitae proposito, sed in profundo de peccatis dolore, in cilicio et planctu in fontibus lacrimarum.

An poenitentia sit virtus proprie dicta? Est quia non dantur praecepta nisi de actibus virtutum, sed dantur praecepta de actibus poenitentiae Lucae 13o. Nisi poenitentiam egeritis, omnes similiter peribitis; ergo poenitentia est virtus proprie dicta

An poenitentia sit virtus quo ad actum et quo ad habitum supernaturalis? Ita est, ea enim virtus, cujus actus omnino superat naturae vires, est quo ad actum, et quo ad habitum supernaturalis: Sed poenitentiae actus, prout hic ad aeternam salutem ordinata naturae vires omnino superat. Probat: Jeremiae 31o. Postquam convertisti me egi poenitentiam. Trid: Sess: 6. c. 3. Siquis dixerit, sine praeveniente Stus Sti inspiratione atque ejus adjutorio hominem credere, sperare diligere, aut poenitere posse sicut oportet, ut ei justificationis gratia conferatur anathema sit: ergo poenitentia et c. t.

Quodnam sit objectum poenitentiae? Objectum poenitentiae est peccatum actuale, quodcunque sit, habituale item, quin jam sit demissum; Quin etiam originale peccatum suo modo, est materia virtutis poenitentiae, quia poenitentia peccatum illud, ut Dei offensam horrere potest et detestari.

1/13

An actus poenitentiae sit peccatori ad salutem necessarius? Affirmative nisi suppleatur per actum perfectae charitatis. Ex praedictis sequitur

Corolla: 1um Dari in Ecclesia remedium caeterum quo remittuntur peccata post baptismum commissa Ex Mat: 18. quaecunque alligaveritis super terram erunt ligata et in coelo: et quaecunque solveritis super terram erunt soluta et in coelo.

Coroll. 2um Remedium illud quo peccata dimittuntur seu poenitentiam verum esse novae legis Sacramentum. Trid: Sess: 14. c. 1. Si quis dixerit in Catholica Ecclesia poenitentiam non esse vere et proprie Sacramentum pro fidelibus, quoties post baptismum in peccata labunt ipsi Deo reconciliantis, a Christo Domino institutum anathema sit.

Coroll. 3um Nullum est peccatum tam enorme, aut peccatorum numerus tantus, ut vera poenitentia deleri nequeat. Probatur authoritate Scripturae, in qua Deus saepe generatim et indefinite omnibus peccatoribus rite poenitentibus veniam promittit; sic Ezechiel 18. et dicitur: si impius egerit poenitentiam ab omnibus peccatis suis, vita vivet et non morietur. et Isaiae 55. 7. Derelinquat impius viam suam, et vir iniquus cogitationes suas, et revertatur ad Dominum et miserebitur ejus, et ad Deum nostrum, quoniam multus est ad ignoscendum; Christus quoque Math: 18. 22. dicit Petro, ut remittat peccata non tantum septies, sed septuagesies septies, hoc est, quoties peccator redierit vere poenitens, et Sanctus Cyprianus docet, nec quantitatem criminis, nec brevitatem temporis nec vitae enormitatem excludere a venia ergo: nullum peccatum est tam grave, nullus numerus tantus, quem vere poenitentibus non dimittat.

Quando nam Christus Sacramentum poenitentiae instituit? R: Christus Dominus Sacramentum poenitentiae instituit post resurrectionem quando summo cum apparatu dedit apostolis potestatem remittendi et retinendi peccata, sed hoc fecit cum redivivus a mortuis insuflavit in Apostolos dicens: accipite Spiritum Sanctum, quorum remiseritis peccata, remittuntur eis etc., etiam Conc: Trid: Sess: 14. c. 1: Confirmavit.

An et quomodo necessaria sit poenitentia Sacramentum? Cum Trid: 14. 2 est hoc Sacramentum poenitentiae lapsis post baptismum ad salutem necessarium, ut nondum regeneratis baptismus ipse 2o poenitentia in re vel in voto necessaria est necessitate medii ad salutem, quia illud est necessarium necessitate medii, quo etiam inculpabiliter omisso, salus obtineri nequit, sed omissa etiam inculpabiliter poenitentia in re vel in voto nequit obtineri salus ab iis qui post baptismum lapsi sunt: unde qui in ebrietate repentino casu peccati opprimitur, perit in aeternum.

An mortale unum sine alio remitti possit? Non, quia peccatum mortale non potest remitti sine vera poenitentia, nisi simul sit de caeteris omnibus, et quia peccatum mortale juxta solitas providentiae leges non remittetur sine infusione gratiae, sed gratia incompossibilis est cum quocunque mortali peccato: alioquin idem homo simul esset amicus et inimicus Dei, coeli heres simul et inferni, quod absurdum est. Aliud est de venialibus, quia quae impediunt ne mortale unum remittatur sine alio non militant in puris venialibus, gratia enim justificans, quae mortalia omnia abigit, venialia compatitur.

An poenitentia vere peccata dimittat, aut tantum declarat dimissa esse? absolutio Sacramentalis non tantum declarat remissa esse peccata, sed ea vere et proprie coram Deo dimittit. Probatur ex Matheo 16. Tibi dabo claves regni coelorum, et quodcunque solveris super terram erit solutum et in coelo. Sed dantur claves ut vere aperiatur ostium? non ut jam apertum fuisse declaretur ergo.

An deleta per poenitentiam culpa deleatur semper reatus cujuslibet poenae temporalis? Afirmant Lutterani cum Calvinis, et negant Catholici ac dicunt quoties per poenitentiam tollitur reatus culpae tollitur reatus poenae aeternae, sed non tollitur semper reatus poenae temporalis. Probatur Rom: 8. Nihil damnationis est iis, qui sunt in Xto Jesu –. Sed quibus remissa est per poenitentiam culpa ii sunt in Xto Jesu per gratiam justificationis. – Ergo liberi sunt tum a peccato mortali, quod est causa damnationis, tum ab ipsa damnatione. Prob: quoad 2am partem G. 3. Protoparens in delicti sui poenam ita audivit a Deo. Maledicta terra in opere tuo. – In sudore vultus tui vesceris pane, pulvis es et in pulverem reverteris – sed aerumnas illas toto vitae decursu sensit Adam, licet a delicto suo eductus esset, ut dicitur Sap. 10. ergo remissa culpa, non semper remittitur temporalis poenae reatus.

h. s. v. i.

An poenitentia ita tollat peccatum ut nunquam reviviscat? Peccata semel vere dimissa non redeunt simpliciter et absolute. Deleta tamen peccata reviviscunt per posteriora secundum quid et virtualiter. Probatur quoad 1am partem, ad Rom: c.11. sine poenitentia sunt dona Dei: ergo quod donavit semel non retractat. Et si reviviscerent peccata utique per poenitentiae Sacramentum, quod iis remitendis institutum est deleri ~~debeant~~ deberent, ac denuo Ecclesiae clavibus subjici, sed consequens totius Ecclesiae praxi adversum est. Ait enim Benedictus papa extravagantibus 1. absurdum quod per poenitentiam dimissa peccata quis confiteri debeat, et quod liberatus debitor adhuc ad solvendum remaneat obligatus. Probatur quoad partem 2am Deleta peccata reviviscunt per posteriora secundum quid et virtualiter quod relapsus in peccatum sit gravius ratione ingratitudinis pro beneficio remissionis; hic Deus in poenam novi peccati subtrahere solet uberiores gratias tum ad poenitentiam rursus agendam, tum ad vitanda nova peccata, imo etiam infligere poenas temporales nondum inflictas, nisi mensura per ~~[illegible]~~ relapsum fuisset impleta, quod juxta phrasim Theologorum significat peccata redire virtualiter.

An merita per peccata mortificata per poenitentiam reviviscant? Opera humana respectu meriti in 3es classes considerantur, alia sunt viva, quae facta sunt in statu gratiae, alia mortua, quae facta sunt in statu peccati mortalis, alia mortificata, quae quidem in statu gratiae facta sunt, sed per peccatum subsequens a suo effectu impedita. His praefatis dico, quod opera mortua non reviviscunt ex illo communissimo textu S. Pauli ad Corinthios 13.3. Si distribuero in cibos pauperum omnes facultates meas, charitatem autem non habuero, nihil mihi prodest. De operibus vero mortificatis, rursum Theologi communissime tenent, quod post poenitentiam reviviscant, secundum illud Ezechielis 33. Impietas impii non nocebit ei in quacunque die conversus fuerit. Quo autem gradu merita haec reviviscant non convenit inter Theologos.

Quotuplex sit materia poenitentiae et quae? Materia poenitentiae est duplex, alia remota alia proxima. Materia remota poenitentiae est id omne circa quod destruendum versatur poenitentia. Tale est

peccatum

actuale baptismum consequens. Remota poenitentiae materia, mortali quidem necessaria, quam diu directe dimissum non est, veniale autem et mortale jam directe remissum libera est et sufficiens. Tres vero isti poenitentiae actus Contritio, Confessio et Satisfactio sunt poenitentiae proxima materia.

Scholion 1m. Peccatum originale non est materia Sti= poenitentiae, quia ex institutione Xti= peccatum originale per baptismum deleri debet, et quia peccatum originale supponit hominem nondum Ecclesiae subditum. Poenitentia enim exercetur per modum Judicii et apostolus ait: 1a Corin: quid mihi de his qui foris sunt judicare

Scholion 2m. Nec terores aut fides Lutheri sensu nec mortificatio aut vivificatio. Calviniana nec manus impositio sunt partes extrinseca et proxima Sti= poenitentiae materia.

An veniale peccatum sine poenitentia ulla remitti possint? Nullum veniale peccatum sine omni poenitentia remittitur. Hinc nec sufficit habitualis, nec requiritur formalis, unde requiritur et sufficit virtualis.

Coroll: Contritio et Confessio sunt partes essentiales poenitentiae, satisfactio autem est tantum pars integrans et non essentialis Sacramentalis poenitentiae. Ideo contritio et confessio partes sunt poenitentiae essentiales, quia sine iis stare non potest poenitentia, stat autem quotidie poenitentia sine satisfactione actu exercita; cum hac absolutionem validam datam, ideoque sacramentum sentialiter constitutum reputatur.

De Contritione.

Quid et quotuplex sit contritio? Contritio est animi dolor ac detestatio de peccato commisso, cum proposito non peccandi de cetero, si adjecto desiderio et praestandi reliqua quae ad rite suscipiendum poenitentiae sacramentum requiruntur. Dividitur in perfectam quae per antonomasiam contritio vocatur et imperfectam quae alio nomine atritio appelatur. Perfecta est quae per se habet adnexam remissionem peccati, hominemque Deo reconciliat antequam Stum actu suscipitur. Imperfecta est, quae licet sine Sto peccatorum per se ad justificationem perducere nequeat, eam tamen ad gratiam in Sto poenitentiae impetrandam disponit.

Qualisnam debet esse contritio ut peccata deleat? Debet esse 1a vera, unde non sufficit quae falso habetur pro vera, quia potest quidem bona

fide excusare a peccato non autem rei necessariae defectum supplere. Prov. 14.
Est via, quae videtur homini justa, novissima autem ejus ducunt ad mor=
tem. 2º Debet esse interior Joel 2º Scindite corda vestra Isaiae 46. Con=
vertimini in toto corde. Ezech. 18. Facite vobis cor novum. 3º Debet esse
supernaturalis, ratione principii et motivi, ratione principii hoc est
debet disponere ad gratiam, ad quam nemo se solis naturae viribus dispone=
re potest; ratione motivi hoc est, quod legem divinam violaverimus 4º Debet
esse summa non quidem intensive sed appretiative, quia etsi optandum est,
ut quam magna deliquimus, tam graviter defleamus et poenitentia
crimine minor non sit nullibi tamen certam in conversione graduum
intensionem requirit Scriptura, sed tantum, ut peccator discat bene facere
et poenitentiam agat. 5º Debet esse universalis eo sensu quod in omnia
prorsus lethalia feratur. Ezech: 18. v. 30. Agite poenitentiam ab omnibus
iniquitatibus vestris. 6º Debet esse efficax firmum propositum odii peccati commissi
excitat ad evitanda in posterum peccata efficaciter moveat.
<u>Scholion</u> Contritio non indiget ut sit summe extensive sive ratione tem=
poris, sive ratione objecti. Ezech: 32. Impietas impii non nocebit ei
in quacunque die conversus fuerit ab impietate sua, et ait Dominus Luc: 23.
v. 43. Amen dico tibi hodie mecum eris in paradiso.
<u>An contritio necessaria sit peccatori et quando?</u> 1º Contritio lapsis per se
et regulariter necessaria est tum necessitate praecepti, tum necessitate
medii Luc. 13. Nisi poenitentiam habueritis omnes peribitis. 2º Prae=
ceptum contritionis per se saltem aliquando obligat, aliquando per ac=
cidens. 3º Urget etiam aliqualis contritionis praeceptum quando men=
ti occurrit peccatum prout est offensa Dei 4º quoties cunque est pos=
sibile; ~~hominem justificat priusquam actu recipiatur Sacramen=
tum.~~
<u>An contritio perfecta semper, an tantum in casu necessitatis, hominem jus=
tificet, priusquam actu suscipiatur Sacramentum?</u> Contritio perfecta
non tantum in casu necessitatis, sed semper hominem Deo reconciliat,
antequam Sacramentum actu recipiatur. Ezech. 33. Impietas im=
pii non nocebit ei in quacunque die conversus fuerit.
<u>An perfecta contritio ad poenitentiae Sacramentum sit necessaria?</u>
Contritio perfecta non est necessaria ad Sacramentum poenitentiae, quia contritio per=
fecta semper justificat, etiam extra Sacramentum, ut supra probatum est.

An et quale Sacti votum ad perfectam contritionem requiritur?
Requiritur votum non autem formale, sed sufficit implicitum. 1°
quia alioqui damnabitur homo, qui poenae ut Jonas e mari medio
quod demersus est, praestantem elicit contritionis actum, omisso voto
confessionis quam videt impossibilem. 2° Quia magis necessarium est
in contritione propositum non peccandi de cetero, quam confitendi, prius
enim ex natura rei requiritur posterius vero ex positiva tantum in
stitutione.

De attritione.

Attritio est proprii peccati detestatio et dolor de supernaturali motivo
ei tamen inferiori quod contritionem perficit conceptus cum proposi
to non peccandi de cetero, et spe ac petitione veniae.
An attritio ex Gehennae metu bona sit? Attritio ex soli Gehennae me
tu concepta bona est utilis. Ex Matth: 10. nolite timere eos qui
occidunt corpus, sed potius timete eum, qui potest animam et corpus
perdere in Gehennam.
An attritio sola sufficit in Sacto poenitentiae? Tridentinum nullibi de
crevit attritionem sufficere in Sacto poenitentiae
Scholion. Opinio quae attritionis purae sufficientiam docet ideo est
reiicienda, quod in praxi non sit tuta. Opinio enim quae servili attri
tione contenta est, nec est certa speculative nec practice tuta. ut
ut attritio justificet in Sacto, requiritur aliqua Dei propter se di
lectio vel saltem aliqualis charitatis influxus. Quod et Concilio Trid.
Sess: 6. c. 6. confirmat, non sufficit autem amor spei et concupiscen
tiae.
An Contritionis actus a Poenitente debeat elici ante Confessionem vel ip
so Confessionis tempore vel ad minus ante absolutionem? 1° Elici debet
ad minus ante absolutionem, quia peccator sine dolore non est poeni
tens, nec dispositus ad peccati remissionem: Ergo: subsequens absolutio
ex defectu materiae suo frustrabitur effectu. 2° Tutius non est ut actu
alis dolor confessionem comitetur, quia impossibile est ut qui totus ad
peccatorum suorum accusationem ad confessarii interrogationes ad responsa
iisdem facienda intendit, Contritionis actus interim eliciat. 3° Satis est
absolute loquendo ut contritio absolutionem praecedat. ——

An ad Sacramenti valorem sufficiat contritio, quae confessionem diu praecesserit, sed tamen in ordine ad ipsum? Necesse est ut contritionis actus confessioni uniatur, non quidem physice sed moraliter ea nimirum simultate quae ad actum judicialem sufficit et requiritur.

An dolor de peccatis conceptus sine ordine ad Sacramentum in eodem ordine Sacramento inservire possit? Nequaquam ideo enim in baptizmate ablutio ut sit materia Sacramenti exigit intentionem ejus Sacramenti conficiendi, quia ablutio de se indifferens est ad hunc vel illum effectum, ergo pariter contritio de se indifferens est ad hanc vel ad justificationem in Sacramento aut extra.

An novo opus sit dolore, quoties nova recipitur absolutio? Tutius est, ut nova eliciatur contritio, id tamen non videtur esse necessarium, quia ad novam absolutionem sufficit nova confessio, cum dolore moraliter perseverante.

An dolor semel conceptus per subsequens peccatum retractetur? Retractatur per peccatum lethale, quia per illud retractatur peccati detestatio, et annexa verae contritioni voluntas non peccandi amplius. Per lapsum vero in veniale non retractatur dolor de aliis seu venialibus seu lethalibus seu lethiferis, quia cum sincero de mortalibus aut venialibus plurimis dolore stare potest affectus ad aliquod veniale ut patet in justis.

An ad venialium in facto remissionem requiratur contritio vel attritio? Affirmative, ita enim necessaria est saltem attritio, ut qui venialia solo sine ullo dolore et ullo emendationis proposito culpabiliter confitetur mortaliter peccet, quia Sacramento materiam omnino necessariam subtrahit.

An qui sine legitima contritione confitetur venialia sola semper peccatum gravis noxae incurrat? Incurrit dempto bonae fidei casu, quoties venialia sola sine formali et efficaci contritione de aliquo confitetur quia grave est sacrilegium, quod Sacramentum defectu essentialis materiae voluntariae nullum reddatur. Quod si de aliquo vere conteritur, et si non de aliis cum validam Sacramento materiam praebeat gravem eidem injuriam non infert.

An confessio sine contritione facta possit simul esse valida et informis id est gratiae non parere propter indispositionem subjecti? Affirmative, quia defectus contritionis impedit quidem effectum confessionis sed non valorem ejus unde apud eundem confessarium repetenda non erit sed ei solum declarandus erit defectus contritionis ut absolutionem repetat.

An satis sit si poenitens detestat se non dolere? Negative quia requiritur dolor de peccatis non de doloris deffectu.

Quibus mediis uti debet director, ut in corde poenitentis contritionem pariat? Ei satagendum est 1° ut e pietatis libris potissimum autem ut e meditationibus eruat motiva q/ pro conditione et statu poenitentis animam ejus conveniant. 2° Ut cum eo actus odii sui que de peccato doloris formet. 3° Ut cum his per se solum eliciendis assuefaciat, dato aliquo, prout indiguerit temporis intervallo ut in eis se ex corde toto exerceat.

De Confessione

1ª Confessio peccatorum alia est hominis ad Deum, ut psalm. 31 Dixi, confitebor adversum me injustitiam meam Domino; alia hominis ad hominem, et haec vel est civilis, qua reus crimen suum coram Judice confitetur; alia sacramentalis qua peccator delictum suum accusat coram Ecclesiae ministro ut ab eo absolvatur.

Quid sit confessio sacramentalis? Est accusatio peccatorum propriorum post baptismum commissorum a poenitente legitime facta coram ministro competente ad illorum absolutionem virtute clavium obtinendam.

Utrum necessitas confessionis divini sit praecepti? necessitas Confessionis sacramentalis efficaciter probatur ex Scriptura Math. 18 ubi peccata remittendi potestas Apostolis promittitur: Amen dico vobis, quaecunque alligaveritis super terram erunt ligata et in coelo, et quaecunque solveritis erunt soluta et in coelo. Confess

#

An urgeat peccatum confessionis etatim post admissum lethale? Affirmative multi quorum opinio ut animarum saluti tutior amplectenda videtur, quia constat annis singulis perire plures, quia confessionem ad pascha usque citra culpam differri posse crediderint.

[confess]ionis usus habet suum robur in constanti traditione testantibus Ss. Patribus.

<u>Quinam divina lege ad confessionem teneantur?</u> Tenentur 1° Soli baptizati, quia nemo extra Ecclesiam positus ab Ecclesia solvi aut ligari potest. 2° Tenentur soli et lethaliter rei, quia mortale solum et omne necessaria est confessionis materia.

<u>Quonam tempore obligat Divinum, gravia peccata confitendi praeceptum?</u> Obligat per accidens, cum recipienda est Eucharistia et adest copia confessarii. 2° Cum Sacra quaedam functio imminet, quae statum gratiae requirit. 3° Quoties confessio medium est necessarium ut a novo peccato abstineas, vel gravem tentationem superes. Obligat per se 1° in quovis probabili mortis periculo, puta gravi morbo, partu incerto vel dubie difficili, navigatione periculosa, instante opere unde mors evenire solet. 2° Saepe etiam obligat in vita extra periculum mortis. #

<u>Quonam anno praeceptum Ecclesiasticum Confessionis invaluerit, et quis est proprius Confessionis Sacerdos?</u> Praeceptum illud emisit anno Domini 1215. Concilium Lateranense 4tum sub Innocentio 3° c. 21. his verbis: omnis utriusque sexus fidelis, postquam ad annos discretionis pervenerit omnia sua peccata confiteatur fideliter, saltem semel in anno proprio sacerdoti, et injunctam sibi poenitentiam studeat pro viribus adimplere. Proprius autem, de quo Concilium Lateranense loquitur Sacerdos Confessionis est Parochus, salvo tamen Romani Pontificis et Episcoporum iure.

<u>An pueri eadem lege teneantur?</u> Affirmative Concilium enim legem suam non refert ad aetatem sed ad annos discretionis, id est ad illud tempus, quo malum a bono discerni potest; ergo si

malitiae aetatem acciperet, qui mortaliter deliquit, confiteri debet

An qui sola habet venialia teneatur eadem confiteri ut satisfaciat praecepto annuae confessionis? probabilius affirmative.

Quaenam ab implendo anno confessionis praecepto excusant. 1º Excusat impossibilitas physica, nec enim Deus et Ecclesia jubet 2º Incommodum grave ut si verearis ne unus qui prae sto est sacerdos peccatum tuum revellet.

Quae confessio necessaria sit, ut Ecclesiae praecepto satisfaciat? 1º Non satisfit fit per confessionem sacrilegam, qualis sit ea, quae fit sine dolore idoneo, et absque examine sufficienti 2º Negatiam satisfacitur per confessionem rite factam nondum accepta absolutione.

An qui hoc anno confiteri omisset plura diferenda peccata comisit? Ille unius est reus peccati sed pluribus, sed pluribus aequivalentibus, si permaneat idem non confitendi, plura vero ab eo comitentur peccata, si propositum sit mortaliter interum pature et pluries renovatum, puta quoties novae occurrunt confitendi occasiones.

An praeceptum impleverit, cui rite confesso, absolutionem injuste denegavit sacerdos? Negative, quia per confessionem a Lateranensi praeceptam intelligitur confessio, quam sequatur absolutio valida.

Quibus subjaceant poenis, qui annuae confessioni desunt? Nulla jura praecepti communi hujus transgressoribus imponitur poena, quae ipso facto incurratur. Lateranensis enim canon tantum decernit, ut vivi ab ingressu Ecclesiae arceantur, post mortem vero sacra sepultura priventur.

Quot nam sint confessionis conditiones? 4or numerantur hoc versu expressae

Integra sit, simplex, humilis parere parata.

An quis quis in confessione mentitur, eo ipso delinquat graviter? Mendacium in confessione commissum, quandoque laethale est, et tunc Sacrum irritat, quandoque veniale tantum, et tunc non obest valori Sacramenti.

Corollarium 1mum qui mortale quod non fecit confitetur, peccat mortaliter, quia in materia gravi ac necessaria judicium confessarii pervertit. Idem de iis est, qui in numero mortalium excedunt, sicut certa accusant quae dubia sunt, aut ut dubia, quae certo sibi constant, quia et hi judicium in gravi quae ad judicium pertinet materia fallunt.

Corollarium 2m. Qui negat reum esse mortalis quod fecit, et tunc confiteri tenetur laethaliter peccat.

Corollarium 3m qui negat se fecisse veniale, quod fecit, aut mortale quod fecit quidem, sed confiteri non tenetur, venialiter tantum peccat, modo aliunde sufficientem absolutioni materiam subministret. Quia nec videtur gravem irrogare injuriam confessario, cui peccatum illud aperire non tenetur nec formam sacramenti inutilem facit.

An graviter peccet qui in confessione generali miscet peccata nondum confessa cum jam confessis? Ille qui in confessione generali, quae animo pietatis aut ad majorem cautelam facta dolose peccata necdum exposita miscet cum jam confessis ita ut omnia jam confessa fuisse intelligantur graviter peccat, quia in re gravi et re necessaria decipit sacerdotem, qui citius absolvit eum quem jam rite absolutum esse conjicit, et cui arendi ei decernit poenitentiam non modo inchoare debet a peccatis post ultimam absolutionem confessis, sed et ea quae ante ipsam oblitus erat, tanquam non confessa declarare.

An qui mala fide peccatum aliquod reticuit in confessione confessiones omnes ex inde iterare teneatur? Haec iterandam esse cum sacrilegii sui accusatione primam illam confessionem, et quas ex inde fecit, cum peccati hujus nunquam suppressa memoria, quia hae fuisse sacrilegae. Quod si peccatum sacrilegii causam, et sacrilegium ipsum deinceps inculpate oblitus sit confessiones ex tunc bona fide peractas repetere non tenetur, quia formaliter intelligere integre fuerunt, et aliis ut supponitur conditionibus informatae. Hinc non semper tenetur iterare subsequas confessiones, qui praevias iterare debeat.

Quid agendum ei qui advertit sacerdotem tempore confessionis dormientem aut dormivisse? Si id advertat confitendo debet eum suscitare et postremo repetere ut intelligat num audierit. Si post confessionem advertat, debet oblatam etiam absolutionem recusare, donec in eadem vel sequenti confessione defectum suppleverit, si vero nesciat quae audita vel non audita fuerint dolendum quidem, sed necesse non est, ut denuo totum confiteatur.

Scholion 1um. Frequens confessio iis utiliter suadetur, quin et praecipitur, qui necdum satis a peccato et peccati occasione sejuncti sunt.

Scholion 2um. Ad integritatem confessionis necesse est ut exprimatur peccatorum numerus, species et circumstantiae speciem moraliter mutantes, et agravantes.

Scholion 3um. Ad confessionis integritatem peccata dubia, ut dubia aperiri debent, sed dubitet vel de actus substantia, puta an fuerit, vel de gravitate peccati v. g. an mortale sit vel jam ne hoc sit confessus.

<u>An actus exterior et efficacitas ex ipso sequutus exprimi debeat?</u> Affirmative, ratio est, quia sine actus externi confessione non satis innotescit actus interni efficatia, intentio extensio, proinde tota ejus gravitas.

<u>An dubium quodcunque sufficit ad inducendam peccata confitendi obligationem?</u> Sufficit et requiritur verum dubium prout et opponitur tum certitudini tum et scrupulo.

<u>An qui confessus est mortale ut dubium illud subinde ut certum confiteri debeat, si certum vel multo probabilius deprehenderit?</u> Affirmative 1º quia peccatum exprimi debet prout est in conscientia poenitentis. Sed jam est poenitentis conscientia ut certum vel ut longe certius neque ut tale confessum est. 2º quia certitudo peccati certam ei gravitatem incurrit, quae notabiliter variat judicium confessarii, cum dubia delicta minoribus, quam certa poenis subjaceant.

<u>Quid juris si poenitens confessus sit peccatum cujus ipse vel confessarius tunc nesciebat gravitatem, sed quod deinde mortiferum esse cognovit?</u> Nihil est cur hoc denuo confiteatur, quia illud plane quo ad substantiam et circumstantias confessus sit. Neque enim opus est, ut confessarius determinate sciat, hoc vel illud peccatum, quod in tribunali audit esse lethiferum, cum id neque doctores quidem semper dijudicare valeant. Si quis autem confiteatur peccatum falsum, putans se illud comisisse et postea certe sciat, quod non comiserit, non est necesse illum redire ad confessarium, vel aliquid de peccato isto loqui, ante et post communionem, quia confessio illius bona fuit, nec aliquid accedit novi confitendum circa illud; carentia vero peccati non est confessionis materia.

<u>An scrupulosis eadem insit necessitas peccata dubia confitendi quae caeteris?</u> Negant omnes Theologi, si de eis scrupu=

losis sermo sit, qui temerati sunt et a gravibus externis prae
timo quorum non deest occasio peccatis ut plurimum abste
neant.

Quaenam sint causae ab integritate confessionis excusantes?
Sunt 1º Oblivio inculpata a confessionis integritate excusat.
Manet tamen obligatio haec si postea detegantur subjiciendi,
sicut manet obligatio baptismum suscipiendi iis, qui per vo
tum ejus reconciliati sunt. 2º Excusat etiam ab integritate
confessionis actualis impotentia vel physica vel moralis sive ex parte poeni
tentis, seu ex parte confessarii. Ex parte poenitentis 1º cum
vereri est ne in amentiam vel phrenesim incidat. 2º cum quia mu
tus surdus balbusve, vel pene imperitus linguae omnia ad amus
sim confiteri non potest 3º cum in ipso confessionis actu
ingruit periculum mortis 4º cum gravi laborans infirmitate
candide fatetur super esse alia, quae confitenda sint, sed ultra
ob defatigationem non posse prosequi 5º cum tempore pestis
instantis naufragii praelii non possunt multorum confessi
ones excipi. — Ex parte confessarii excusat a confessionis inte
gritate 1º cum poenitens simul et confessarius, qui unus sac
erdos est aeque ad interitum vergunt, adeo ut vereri sit, ne sac
erdos linguae usum amittat priusquam absolvi possit poe
nitens, si omnia confiteatur. 2º cum sacerdos poenitentem
luae infectum absque evidenti mortis periculo diutius audire
non potest: tunc enim auditis aliquibus potest ipsum purifi
care et absolvere. 3º Excusat ab integritate confessionis justa
formido damni gravis, seu spiritualis seu temporalis inde prove
turi confessario vel poenitenti et alii tertio.

Corollarium 1um Non excusat ab confessionis integritate frequens
populi concursus in die solemni, licet ex integra priorum
poenitentium confessione futurum sit, ut multi sacra-

menti et indulgentia festo anexo priventur.

Corollarium 2um Necessaria complicis apud confessarium infamia non excusat ab integritate confessionis.

An etiam aperiendum sit crimen cum infamia non complicis v.g. occidit quis sororem suam ex crimine gravidam. Personam norat confessarius, crimen non norat, an rem totam aperire tenebitur sororicida? In hoc casu consultius multos esset si poenitens eligeret sibi confessarium et sorori ignotum, si hoc v. non possit, exigit grave poenitentis commodum, et ut sacramentalis judicii perfectio, ut id omne in confessione etiam sibi noto confessario revelet, quo non praestito, nec animae pacem adipisci valeret, nec sacerdos certum de statu poenitentis judicium ferre possit.

An liceat etiam secum detegere, seu ad propriam, seu ad rei ipsius utilitatem? R. licitum est ad propriam poenitentis utilitatem, puta ut puella contra importunas solicitationes obfirmetur, v. ipse seductor reducatur a malo proposito.

An absolvi possit moribundus, qui v. nulla tenus v. integre non confitetur? R. 1o debet absolvi moribundus, qui v. quaedam tantum peccata v. nulla in specie confiteri valens, in genere solum doleat se peccasse, aut praesente v. absente ministro, quaedam dat poenitentiae signa in ordine ad absolutionem. 2o Debet etiam absolvi moribundus, qui sanam professus est religionem, et si nulla ante v. post sacerdotis adventum exhibuerit signa contritionis. Ita contra multos multi graves ut Salmeron Morinus, et alii quos 40 refert et sequitur Henricus a Sto Ignatio. 4o Neque etiam redarguere ausim, si quis moribundum in catholica religione in eventum conditionate absolvat, et si nulla per se v. per testes dederit poenitentiae signa, modo nec impoenitens appareat, nec in flagranti delicto deprehensus sit.

An confessio valeat per litteras absenti? Spectata rei natura dubia est validitas confessionis per litteras factae absenti;

et in absenti absolvendi. Docet Sus Thomas, in extrema necessitate utilius est confiteri Laico praesenti, quam sacerdoti absenti. Et si supponeretur valuisse aliquando, datam in scripto absolutionem, constat eam non valide jam post decretum Clementis 8vi ubicumque illud receptum fuerit, quam ut scandalosam damnavit et sub poena excommunicationis Papae reservatae prohibuit.

Quaenam Sacerdotis ad Poenitentium praesentia esse debet? Requiritur et sufficit moralis, quae occurrit cum Sacerdos et poenitens non longius ab invicem distant, quam ut possint se audire eo loquentes voce, qua homines in comuni sermone utiebat, imo et aliquando altiori. Unde non redarguerim, si quis in carcere inclusus alium e regione adstantem elevata voce vel etiam nutibus, si loqui non possit confitentem, gravi de causa absolvat.

Quisnam est subjectum confessionis? Subjectum confessionis est ille omnis et solus homo baptizatus usum habens discretionis, sibique peccati post baptizmum admissi conscius.

De Satisfactione.

Quid est satisfactio et quotuplex? Satisfactio est voluntaria poenae minoris toleratio, ad compensandam Deo injuriam per peccatum illatam, et ad redimendam poenam graviorem per idem peccatum promeritam. Dividitur 1o in Sacramentalem, quae est passio poenae, quam quis a confessario impositae. 2o In extra sacramentalem, quae est passio poenae, quam quis sponte eligit. 3o In publicam quae coram multis subitur. 4o in secretam, quae sine testibus fit. 5o In aequivalentem. 6o In proportionatam.

Scholion Satisfactio differt a merito, quia meritum respicit praemium a remuneratione obtinendum, satisfactio autem primario juris alieni reparationem intendit. 72

An temporalibus poena, quae post culpae remissionem superest possit per bona opera redimi? Reatus poenae temporalis quae post recuperatam Dei amicitiam luenda superest bonis operibus redimi aliquando potest. Probatur ex Scriptura Daniel 4º ait ad Nabuchodonozorem: Peccata tua Eleemosynis redime, et iniquitates tuas misericordiis pauperum; et talis satisfactio valet, seu libenter acceptetur, seu sponte assumatur, seu imponatur a sacerdote. Nihil enim est dubii, quin Moyses, Aron David et alii propter peccata sua a Deo castigati, flagella ejus humiliter acceptando justitiae ejus satisfecerint.

Quaenam sint conditiones satisfactionis? Requiritur 1º Ex parte Operis ut sit opus liberum, quia alias non esset actio humana 2º Ut sit bonum, quia si esset malum, poenam mereretur, non poenae remissionem et si esset indifferens nec esset laude dignum nec vituperio. 3º Ut sit supernaturale. Ex parte hominis requiritur opus poenale. Ex parte Dei requiritur operis acceptatio

An qui injunctam sibi poenitentiam implevit in statu peccati, seu eam iterandam cogi debeat? Cum multis contra non paucos, non debet modo poenitenti haec opera non fuerint facta in affectu peccati.

An possit quis pro peccato uno satisfacere et non pro alio? Non possit hominem qui ad unum mortale affectum servat pro alio satisfacere, potest vero pro veniali uno etiam si alterius affectum servat; potest etiam pro mortali dimisso satisfacere, etsi pro alio non satisfaciat.

Scholion 1. Sacerdos poenitentiam imponere debet praeceptive, et quidem parem criminis, idque sub gravi prudenter tamen et omnibus mature perpensis.

Scholion 2. potest minister opera aliunde praecepta satisfacientem injungere, ut orationem pro vivis v. defunctis. Generatim tamen opera alias indebita poenitentibus imponi debeat.

Scholion 3 necesse non est ex natura rei et Xti institutione ut Sacerdos poenitentiam ante absolutionem adimplere curet. Potest tamen id saltem ex parte exigere plurimis in casibus.

Scholion 4 satis est ut confessarius poenitentiam determinet, quoad materiam et tempus, et haec imponi potest ante et post absolutionem. Manifestam poenitentiam pro occultis peccatis exigere injungere non potest Sacerdos: potest tamen pro publicis, servatis concilii ac poenitentiae legibus.

Corollarium. Graviter aberrant qui pro uno mortali ordinarie aequam satis poenitentiam esse putant coronam quinque Decadum. Enim vero in hac qua vivimus seculorum fece ordinaria sunt peccata fornicatio mollities quin et pluribus in locis adulterium, blasphemia, perjurium, Ebrietas, Detractio crudelis ac pene continua, reliqua, ea debet esse ratio poenitentiae, ut contraria curet contrariis, puta Eleemosinys avaritiam, maceratio carnis etc.

An vero scelera hac divisim congrue diluet Coronae unius recitatio? An vero lasciviam carnis egregie domabit preculam aliquam recitatio?

poenitentia eo fine instituta est ut a peccato revocet, ergo per eam sentiri debet gravitas peccati. s.

Scholion 1. poenitens satisfactionem acceptare tenetur, modo aequitati et rationi congruam.

Scholion 2 Tenetur poenitens sub mortali gravem pro gravibus impositam poenitentiam implere, imo male consulit sibi qui bonam etiam seu pro venialibus seu pro mortalibus dimissis dimittitur.

Scholion 3. Tenetur poenitens poenitentiam exequi tempore confessarium praefixo si quod determinatum fuerit, si non autem

quam primum moraliter. Brevis tamen ad dies aliquot dilatio grave peccatum communiter non inducit.

Scholion 4. non potest poenitens satisfactionem injunctam motu proprio in aliquid etiam melius mutare. Potest tamen idem v. alter confessarius eam quam injunxit etiam minus aliquando mutare, sed non extra Sacramentum Tribunal.

An poenitens injunctam sibi poenitentiam per alium implere possit? Extra casum in quo opus ab alio factum censetur ab ipso poenitente fieri, uti Eleemosyna: poenitentem non posse propria authoritate substituere alium qui loco ipsius poenitentiam impleat, ita statuit Alexander 7mus, satisfactio enim poenalis non secus ac auditio missae est quid personale, quia imponitur ob culpam personalem.

An poenitentia sacramentalis ex aliqua ipsam adimplendi intentione perfici debeat? Affirmative quia satisfactio ut aliquid ex opere operato efficiat, debet esse actio pertinens ad sacramentum, sed incertum est an ad sacramentum pertineat, quod fit sine ulla intentione.

An poenitentia impleri possit per executionem alterius praecepti, aut saltem per tempus quo praeceptum illud impletur? Poenitentia brevis non impletur, dum impletur aliud praeceptum. Unde cui praeceptum est, ut jejunet feria 6ta, non satisfacit si hac feria occurrat jejunium Ecclesiae, quia aliquin nullam ex indebitis satisfactionem indixerit confessarius. Aliud est si jejunium ad multam anni partem indictum fuerit, quia tunc poenitentia objectum satis grave habere non desinit, multo decentius et tutius spectat ut quandocumque potest unicuique praecepto assignetur tempus.

An invalide confessus impositam sibi satisfactionem implere teneatur? Negative, quia nullum est sacramentum, quod debet compleri; consultius ergo est ut nova fiat confessio ac respondens poenitentia impleatur.

An cui levior imposita est satisfactio graviorem sibimet imponere, implere teneatur?

affirmative, quia hoc congruit Scripturae et Traditioni, quae dignos poenitentiae fructus requirunt.

<u>An recipiand insigniter flagitiosis, sacerdoti praecipue injungi possit ingressus in religionem?</u> Svadere quidem potest et ad orbis effugii convellet, sed vix tamen alicui reluctanti est sacramentaliter imponendum, cum enim sit voluntarium et a divina vocatione pendeat. Et aliqui canones injungere inveniantur, magis est consilium quam praeceptum.

<u>Quid sentiendum de eo, qui meliores confessiones inquirit?</u> Suspecta admodum et falsa est ipsius poenitentia. De talibus agit S. Bernardinus Senensis, qui vadunt ad tales, qui dant minores poenitentias causa vitandi bonos confessarios, et non habendi poenitentias congruas et magnas, non plus habent contritionis quam diabolus. —

<u>Quinam sint effectus satisfactionis?</u> Juxta Trid: sess: 14. cap: 8. plures habet effectus. 1º enim efficit ne peccata deteriora, et peccantes in graviora labamur. 2º Magnopere a peccato revocat, cautiores que et vigilantiores in futurum poenitentes reddit. 3º Vitiosos habitus contrariis virtutum actionibus tollit. 4º Via est alia omni securior ad amovendam imminentem a Domino poenam, si cum vero animi dolore praestetur. 5º Xto Jesu, qui pro peccatis nostris satisfecit conformes nos facit. 6º Certissimam salutis arram praebet, quia si compatimur et conglorificabimur.

<u>Scholion</u> Satisfactio sacramentalis poenam temporalem ex opere operato remittit majorem aut minorem, pro gradu operis et satisfactionis dispositione.

<u>Quod et quae fuerunt stationes poenitentiae solemnis?</u> 4or fuerunt nempe 1º statio flentium. 2º audientium. 3º Substratorum. 4º Consistentium. Explicatio eorum invenitur in corpore Colet pa: 708.

Lingua nam scita sit sacramenti poenitentiae forma? Poeniten-tiae forma consistit in verbis quibus dimittuntur peccata, haec autem hodie in Ecclesia occidentali ista sunt: Ego Te Absolvo.

An absolutionis forma deprecativa esse debeat, ut absolvo quaeso Domine, vel indicativa seu absoluta ut absolvo te? Sacramenti poenitentiae forma in qua praecipue ipsius vis sita est, in illis verbis est posita: Ego Te Absolvo, quae sunt institutionis divinae, verba autem deprecativa, quae in antiquis occurrunt ritualibus, non sunt institutionis divinae, nec tamen nocent etiam a Ecclesia Graeca adhibeantur.

Scholion forma absolutionis in sensu literali hanc habet signi-ficationem: Remitto tibi offensam divinam: hanc vero in sensu sacramenti: Confero tibi gratiam, quantum de se est remissiva peccati.

Quid sit absolvendi ritus? Hic est ritus Romanus, sacerdos cum poenitentem absolvere voluerit injuncta ei prius poeniten-tia salutari, ab eo accepta, primo dicit: misereatur tui omnipotens Deus etc etc. deinde dextera versus poenitentem elevata dicit: Indulgentiam absolutionem etc. Dominus noster te absolvat: et ego authoritate ipsius te absolvo ab omni vinculo excommunicationis suspensionis et interdicto, in quantum possum et tu indiges. Deinde ego te absolvo a peccatis tuis, in nomine Patris, et Filii, et Spiritus Sancti amen. Passio Domini nostri Jesu Christi merita B. M. V. et omnium sanctorum et quid quid boni feceris et mali sustineris sit tibi in remissionem peccatorum augmentum gratiae et praemium vitae aeternae.

An His absolvendi ritus erga omnes adhiberi debeat? 1o Vox suspensionis omitti debet circa Laicos, ut pote censurae hujus incapaces. 2o In confessionibus brevioribus et frequentio-ribus, satis est, etsi dicatur Dominus noster Jesus Chri

quod si urgeat periculum mortis sufficiunt pauca haec: Ego te absolvo ab omnibus censuris et peccatis in N. P. et Sp. S. imo et hac paucioris absolvo te.

An absolutio debeat esse verbalis? Affirmative, tum ob universalis Ecclesiae praxim, tum quia in Florentino Sacramenti forma sunt verba absolutionis, quae sacerdos profert dum agit Ego te absolvo.

An valeat absolutio conditionate data? 1o absolutionem regulariter loquendo absolute esse conferendam, ita ut qui sine justa causa conditionate absolverit, juxta mitiores etiam Theologos peccet lethaliter. 2o valet absolutio sub conditione data de praesenti et de praeterito, quae de facto existat aut extiterit, ut si dicas absolvo te si restituisti, aut si firmates restituendi propositum. 3o Licitum esse aliquando absolutionem conditionatam, ut cum quis legitime dubitat, seu an absolutionis verba protulerit, tum enim dicere potest: si non est absolutus ego te absolvo, seu an homo vivat, seu propter dubia in extremis indicia, an absolvi vellit. 4o Non valet absolutio sub conditione data de futuro, tum enim nec valet cum profertur, quia deest intentio absolventis, nec valet cum ponitur conditio, quia forma jam non est formaliter praesens, adeoque jam desinit Sacramentum, quod tamen omnino praesens asseratur.

An ante liceat absolvere a peccatis, quam ab excommunicatione? Negative quia cuique Sacramenti susceptio excommunicatis graviter interdicta est. Unde qui scienter in hoc casu absolvit aut absolvitur graviter delinquit.

2dum ad novam absolutionem nova opus sit confessione? Affirmative, quia ad novam absolutionem, nova opus est materia saltem proxima. Unde sacrilegii reus est, qui bis eam super eadem confessione absolutionem impendit, quia posterior defectu materiae irrita est.

An solus sacerdos sit minister poenitentiae? Solis sacerdotibus competit potestas absolvendi non laicis v. Diaconis, quibus enim dictum: Quorum remiseritis peccata, sed solis apostolis et eorum legitimis successoribus dictum est, ut patet ex ipso Evangelii contextu, quem ita universorum patrum consensus intellexit

An absolvendi potestas praesbyteris insit vi ordinis? Non sufficit sacerdoti potestas ordinis, ut valide absolvat, sed necessaria est potestas jurisdictionis. Probatur ex Tridentina sess: 14. c 7. quoniam semper in Ecclesia Dei fuit, nullius momenti absolutionem eam esse debere, quam sacerdos in eum profert, in quem ordinariam aut subdelegatam non habet jurisdictionem.

De subjecto Jurisdictionis.

Quotuplex sit jurisdictio, et quo tuplici modo acquiritur? Jurisdictio est 2ex Ordinaria, quae alicui competit ratione officii sui et Delegata, quae alicui ab habente ordinariam legitime committitur. Jurisdictio ordinaria acquiritur 1o Ratione officii 2o Ratione Domicilii, aut quasi domicilii poenitentis. 3o Ratione privilegii aut consuetudinis, quae privilegio aequivalet. 4o Ratione periculi mortis quod subit poenitens 5o ratione

erroris communis. Jurisdictio Delegata triplex acquiritur 1° ab homine ordinariam habente. 2° a jure 3° a consuetudine legitima.

quibus a jure concessum sit ut absolvant v. absolvantur? 1° Mendicantes modo a suis superioribus legitime repraesentati sint et ab Epis approbati, a jure habent, sed non utique recepto ut fideles omnes, qui ad eos confluunt, absolvere possint. 2° His Gregorii 9ni verbis c. 16. de poenitentia: Ne prodilatione poenitentiae periculum imineat animum permittimus Eppis et aliis sacerdotibus nec non minoribus praelatis exemptis, ut etiam praeter superioris licentiam providum et discretum sibi eligere valeant confessarium.

A quo concedi debeat jurisdictio in alterius Dioecesis poenitentem an ab Eppo loci in quo confitetur, an a proprio poenitentis Epo? Necessaria est utriusque Epi jurisdictio, nec enim in Olomucensis Territorio v. indigenae v. extranei qui ad me solius confessionis gratia accipit peccata excipere possum nisi ab Epo Olomucensi approbatus sim, quia jurisdictio delegata locum afficit. Rursum nec sine licentia formali v. tacita Brunensis, quia hic Olomucensi Epo ex hypothesi non subjacet.

An ad tacitam aprobationem sufficiat interpraetativa Epi intentio aut ratihabitio legitime sperata? Non sufficit, quia ad absolutionis validitatem requiritur jurisdictio actualis, quae in casibus modo adductis non reperitur. Intentio enim interpraetativa est quidem dispositio ad aprobandum si hic v. ille requi-

statuo ab Epo cognosceretur. Similiter ratihabitatio sperata, est tantum praesumptio futuri consensus.

An Confessarius licite et valide possit jurisdictione, non quidem indubia, sed quam vel probabiliter se habere putat, seu in personam seu in certum poenitenti peccatum vel saltem probabilius se habere confidit? Negative quia extra necessitatis casum non licet gravi nullitatis periculo Sacramentum exponere, et quia non licet in Sacramentis conferendis sequi opinionem probabilem de valore Sacramenti relicta tutiore. —

An Epus eos qui se ad examen offerunt ab eo repelle possit, et post examen tanquam idoneos non aprobare? Illicitum est, quia Epus cum spiritualis ministerii dominus non est sed dispensator, non ad libitum sed juxta leges a Domino constitutas potestate sua uti debet. Caeterum qui etiam post examen capax repertus approbatus non fuit, absolvere non potest, quia sola subjecti idoneitas non largitur missionem.

An Epus possit approbationem quo ad tempus, locum, et personas limitare? Potest tum ex quotidiana praxi, tum quia Alexander 7mus propositionem hanc ut erroneam damnavit anno 1659. Non possunt Epi limitare seu restringere approbationes, quas Regularibus concedunt ad Confessiones audiendas neque ulla ex causa revocare. — Illi nec semen revocare, ut prorogetur vel auferatur ejus approbatio. —

An probatio expiret morte, cessione vel depositione Epi approbantis? Non, et id patet tum ex praxi, tum quia periculo-

lo sunt esset, ut sacerdotes, quotquot in dioecesi essent dele-
gati simul a jurisdictione exciderent.

De reservatione Casuum.

Quid sit reservatio num sit in Ecclesia, et cui haec competit? Reservatio est jurisdictionis alicui ad confessiones audiendas concessae limitatio, vi cujus a certo peccatorum genere absolvere nequit. Illam esse in Ecclesia catholica est dogma catholicorum. Competit autem ~~casum~~ casus reservandi potestas papae, Episcopo, Religionum superioribus, et iis qui jurisdictionem quasi Episcopalem habent.

An Parochi possint sibi casus reservare relative ad sacerdotes sibi subditos? Non possunt, et vero ad quodnam reservatio illa cum Parochus impedire non possit, ne sacerdotes vi jurisdictionis acceptae ab Episcopo cujus imperio tota Parochorum jurisdictio subest absolvant.

Coroll. Casus reservati dividuntur in Papales, Episcopales, Regulares; ex episcopalibus alii reservantur in jure alii in statuto.

Quaenam requiruntur conditiones ut peccatum reservari possit? Requiritur haec 1º peccatum debet esse mortale 2º debet esse externum. 3º Debet esse completum. 4º Debet esse certum ex certitudine, quae dubium omne excludat. 5º Requiritur ut a pubere id est a mare post annum 14. a puella vero post annum 12 completum committatur.

i. o/ K.

Quodnam casus a Regularibus reservari possunt?

Sanxit Clemens 8us ne plures quam undecim casus in religione reservari possunt, sine licentia capituli provinciali, et hi sunt: 1o Veneficia incantationes et sacrilegia. 2o Apostasia a religione, sive habitu dimisso, sive retento, quando eo pervenerit ut extra mœnia monasterii seu conventus fiat egressio. 3o Nocturna ac furtiva egressio etiam non animo apostandi facta 4o proprietas contra votum paupertatis, quae sit peccatum mortale. 5o Juramentum falsum in judicio regulari seu legitimo. 6o Procuratio abortus post animatum foetum, etiam effectu non secuto. 7o falsificatio manus sigilli Officialium, Monasterii, ut si quis a repto conventus sigillo litteras obedientiales v. dimissorias fabricet. 8o furtum de rebus monastericis in ea quantitate, quae est peccatum mortale 9o Lapsus carnis voluntate voluntario opere consumatus, id est ipsa enim polutio

10mo Gravis percussio cujuscunque personae 11o Malitiosum impedimentum, aut retardatio, aut apertio litterarum a superioribus et ab inferioribus ad superiores.

Quis a reservatis casibus absolvere valeat? A reservatis casibus absolvere potest virtute ordinaria 1o qui reservavit 2o Ejus successor 2o Ejus in foro conscientiae poenitentiae superior. Potest vero a postate delegata tum qui ad hos approbatus est tum sacerdos omnis in articulo mortis.

An confessarius communis supra reservatis minime approbatus poenitentem alterius Dioecesis absolvere possit, a casibus qui in Dioecesi poenitentis sunt reservati, non autem in Dioecesi confessarii. Supponimus alienæ eam hanc non

venisse animo mutandi Domicilium, quia jam non sub-
jaceret legibus antiqui Domicilii sed novi? Respondeo
ad 1um Negative quia tota confessarii jurisdictio ab eo dima-
nat, cujus in Dioecesi confessiones excipit, sed is nullam pro
praesenti casu jurisdictionem tribuit.
ad 2um affirmative quia id a contrario probant rationes mo-
alatae, et quia opinio haec jam ab omnibus passim tenetur,
et ut minimum nititur tacita Epporum approbatione.
An sicut casus sine censura a quocunque sacerdote comuniter appro-
bato solvi potest in alia Dioecesi ubi reservatus non est, sic
et possit ab eodem dimitti casus cum censura? Affirmative
adeoque ideo nunc audentius profitemur, quod ubique jam
approbatum videtur. Sed cave primo ne haec intelligas de Censu-
ra ab homine per sententiam specialem qualis est quae a Mo-
nitoriorum contemptoribus incurritur; secundo cave ne decisi-
onem hanc ad eas extendas, qui ad alienam Dioecesim in frau-
dem reservationis migrant. — Porro non censetur venire in
fraudem, qui ad vicinum alterius Dioecesis Sacerdotem moreal
Eppo reapprobato recurrit.

A quo absolvi possit, qui hic et nunc absolvi indiget, puta Parochus
cui imminet gravis festa diei celebrandi necessitas, quique ad Superio-
rem aliumve ab eo approbatum recurrere non potest? Homine
hunc non posse absolvi a communi sacerdote, quia Tridentina
Sessio 17. c. 7. decernit: nullius momenti absolutionem eam
esse quam sacerdos in eum profert in quem ordinariam delega-
tam, aut subdelegatam jurisdictionem non habeat. Unde ic

lebrabit quidem sine confessione sed non sine interna quan=
tum poterit contritione.

Scholion. Episcopi non pauci, ne disciplinae consulendo, famae a
saluti Dioecesanorum nocerent, permiserunt, ut quilibet in cer=
tis ejusmodi casibus a communi confessario absolvi posset. Sic
Vicariis nulla est reservatio quoad foeminas ante partum ~~mate~~
mense, quoad disponsatas, quae in ordine ante matrimo=
nium confitentur, quo ad infirmos qui lecto tenentur.

An qui apud communem confessarium peccata deposuit,
et reservati oblitus est, ipsum cum in memoriam redit,
sacerdoti pro reservatis approbato aperire teneatur. Af=
firmative. Tum quia hoc est vulgaris Theologorum
sententia, tum quia non satisfecit legi et sic pro reser=
vationis eidem, deinde satisfacere debet. Quod si poe=
nitens apud superiorem aut alium ab eo pro reservatis a=
probatum confessus sit censet unanimis poenae Docto=
rum turma reservationem esse tunc ablatam, adeoque
satis esse ut peccatum illud communi etiam confessa=
rio declaretur.

Quomodo se gerere debet confessarius communis, qui in con=
fessione audit reservatum aliquid? Monendum esse poeni=
tentem, ut s/ superiorem, aliumve ab ipso delegatum
adeat; si hic et nunc urgeat quaedam celebran=
di aut communicandi necessitas s/ expediret donec absol=
vendi

facultatem acciperat a superioribus.

An superior a reservatis absolvere possit et ad inferiorem pro communibus remittere? Nunc communiter usu receptum ut vel superior, ejusve delegatus a reservatis et non reservatis simul absolvant vel communiter tantum approbatus cum reservata ~~detegit~~ detegit ad superiorem vel alium approbatum remittat aut reservata dimittenti facultatem impetret.

An Confessarius, qui a superiore obtinuit facultatem absolvendi ab uno casu possit absolvere ab aliis etiam quorum poenitens recordatus est, aut quae post modum commisit. Si verba concessionis generalem sensum praeferant tunc potest, si vero particularem tantum ut fiat prout patet tunc non.

An qui ex speciali superioris licentia sibi confessarium elegit per eum possit a reservatis absolvi? Negative

An potestas a reservatis absolvendi exspiret per cessum vel decessum Superioris? quia concessum a principe beneficium censetur expirat re etiam integra per obitum concedentis. ergo

An saecularis sacerdos a reservatis absolvere possit regularem exemptum? Benedictus 14 cuilibet regulari sive sacerdoti sive Converso, dum extra claustra moratur cum bona venia et in loco ubi non alius quisquam ex eorum ordine reperiatur, facultatem concessit confitendi peccata, et absolutionem recipiendi a quocunque sacerdote, qui vel saecularis a suo ordinario vel Regularis a suo superiore ad Confessione

audiendas sit approbatus. Quam facultatem extendit etiam ad casus juxta constitutionem Ordinis reservatos, et ad censuras in quas inciderint, addita obligatione tamen ubi primum potuerit coram superiore, sese sistendi, et novam ab illis casibus et censuris absolutionem impetrandi.

Quam incurrunt poenam qui sine licentia absolvunt a reservatis? Ex Clementina 1a de privilegiis - Regulares qui excommunicatos a canone vel a sententiis absolvere sine licentia praesumpserit excommunicationis Romano Pontifici reservatae ipso facto incurrere sententiam, a qua excusatur bona fides et ignorantia modo non affectata. 2o Seculares praesbyteri nullam a reservatis temere absolvendo poenam incurrunt de jure communi quia nulla iis constituta est.

Quid possint regulares quantum ad familiam suam id est quo ad professos, Novitios, postulantes, eos qui licet saeculares in perpetuum eorum domibus sunt aligati et famulos qui iis ad tempus pro suo vel Dominorum nutu deserviunt? 1o Regulares qui mutuo se percusserint, possunt absolvi ab suo praelato, id quod extendit ad eos, qui ante ingressum Religionis tale quid commiserant nisi eas ipsorum extiterit difficilis et enormis 2o Regulares praelati omnes omnes exempti a casibus Apostolicae sedis reservatis

subditos suos absolvere possunt modo iidem casus non sunt enormes. Ita Dominicanis, iis proinde, qui sunt iisdem in privilegiis v.g. Mendicantes communicant ordinis sui 5us. Porro in enormi casu censentur Haeretici relapsi, Sismatici Litterarum Apostolicarum falsificatores ad partes infidelium prohibita deferentes, bigami et homicidae voluntarii. 3o posse eosdem non tantum novitios sed et postulantes /: modo caeteroquin bonae fidei sunt :/ absolvere, tum a casibus Epp. reservatis, tum et ab iisdem casibus a quibus professos absolvunt. Sic enim habet communis Doctorum sententia cui consentit Religionum usus. 4o Praelati regulares ~~Quid possint Religiosi~~ per se suosve possunt sine Eppi licentia audire confessiones illorum saecularium qui ibi sunt, vere de familia et continui comensales, non autem illorum qui tantum ipsis deserviunt.

<u>Quid possint Religiosi quantum ad irregularitates</u>? Eos posse cum subditis suis dispensare in omni irregularitate excepta ea quae oritur ex homicidio injusto et directe voluntario v ex injusta et voluntaria mutilatione, v ex bigamia seu vera seu interpretativa, exceptis item irregularitatibus ex defectu animi v corporis quam diu durat defectus. Sed nihil tale possunt quoad Saeculares ex Decreto Clementis 8i.

Quid possint iidem, qui quoad moniales fili, non autem Epo subditas? Eas possunt ab iisdem casibus absolvere, a quibus possunt religiosos suos; a quibus absolverentur, quae nulli alicui subjacent. Excipitur casus clausurae regularis in quo moniales Eppo subjacent. Caeterum porro mos est, ut qui a Praelato suo praeficitur Monialium directorii pro reservatis casibus approbetur. —

Quid possunt Religiosi exempti erga Saeculares extraneos? Regulares a superioribus suis legitime praesentati, et a Eppo loci ubi Confessiones excipiunt approbati possunt quorumcunque fidelium ad eos undecunque accedentium, si nisi expresse resistat horum Epus: confessiones audire et ipsos absolvere, non quidem a casibus ab Eppo reservatis sine ejus licentia. Sed a casibus Papae reservatis extra bullam coenae et censuras speciales ab homine.

Quis nam in articulo mortis absolvere queat? quilibet Sacerdos etiam ab Ecclesia nominatim praecisus, degradatus, schismaticus, vel haereticus, quemlibet poenitentem, a quovis peccato absolvere potest in articulo mortis. Ita definivit Tridentina Sessio. 14. c 17.

Scholion Qui a reservatis in articulo mortis a non approbato absolutus est, non est necesse, sed lege speciali locorum lege, ut ad superiorem ~~accedat~~ accedat, ut ab eo iterum absolvatur.

Scholion In periculo mortis credendum est, esse eum, de quo incertum est, an evadere queat. —

Quibusnam differenda absolutio? 1° Differenda est absolutio iis qui praecipua fidei mysteria; Deique et Ecclesiae praecepta ignorant, aut ab iis, quorum curam gerunt, praecepta filiis vel domesticis ignorari patiantur. Ut patet ex Innocentio XI°, quia propositionem contrariam damnavit. 2° Iis etiam neganda est absolutio, qui ea necessariam ad professionem suam ignorant, nisi aut officii credere parati sint, ut scientiam quam indigent, quam primum comparare, et interim ab officio abstinere. 3° Non potest moraliter loquendo absolvi qui in occasione proxima simul et praesente sponte permanet; neque etiam qui ab occasione absente recedere non vult, licet hanc requirat sub praetextu boni etiam spiritualis vel sui sive proximi Ecclesiastici c. 30. qui amat periculum peribit in illo. Matth. 5°. Si oculus tuus dexter scandalizet te erue eum. 4° Si occasio graviter peccandi proxima sit praesens, nec physice aut moraliter dimitti possit, poenitens absolvi non debet, donec eam quomodocunque potuerit e proxima remotam fecerit. 5° Poenitens ignotus cum grave quid confitetur interrogari debet, an illud ex habitu commitat, et interrogatus respondere tenetur. 6° Regulariter absolvi non debet, qui mortalis peccati consuetudinem habet, donec idonea emendationis indicia praestiterit.

An ad iterandas addigi debeant, qui grave aliquod peccatum malitiae vel censurae peccatum reticuit, quia malitiam ejus ignorat? Si haec invincibilis fuit vel vincibilis qui dem

sed per eam tantum diligentiam quam atentissime adhi=
bere solent, non id circo iterandae erunt confessiones. Si vero
ignorantia cum solitis gratiae et naturae auxiliis pro=
pelli potuisset, nec a sacrilegio nec pro hinc ab iterandis
confessionibus excusabit.

An et quando teneatur Confessarius monere poenitentem, qui
ex ignorantia facit aliquid illiciti? Explorandum est 1º an
poenitentis ignorantia vincibilis sit an non. Dum autem
id ex tota poenitentis agendi ratione expendit sacerdos
singulari eget prudentia, ne prius quam oportet totam bo=
nam fidem in qua est poenitens. 2º An ignorantia illa
sit facti vel juris, si juris an naturalis, an divini vel hu=
mani 3º An ignorantiae ablatio fieri possit citra scandalum
aut grave damnum. 4º An ex Confessarii Monitis fructus ali=
quis speretur an nullus.

Quid sit habitus peccati? Est facilitas peccati seu propen=
sio in peccatum per actus repetitos comparanda.

An extra ordinaria doloris signa exhibere censeatur, qui lon=
gam et difficilem viam confitendi gratia perficit extra
tempus paschale ex motu proprio non ex parentum ~~aut~~
aut Magistrorum jussu? Non desunt, qui peccata sua con=
fitendi irrugiant, et Ecclesiam clamore magno, qui hactenus ce=
lata aperiant praesertim ignoto Sacerdoti, qui aliquoties fecerunt
et qui tamen stupenda facilitate post hebdomadas aliquod ad
priora sua revertantur. Hi ergo juxta habitus gradum frequen=
tiam occasionis nativam in certa vitia propensionem tentan=
tandi sunt.

Et certe, si fructus poenitentiae exigit Deus, non quos-
cunque sed dignos exigit. Nec docet id Deus Lucae 17.
7ies in die peccaverit in te frater tuus, et 7ies in die con-
versus fuerit ad te dicens poenitet me dimittas illi
peccatum, quia textus ille intelligitur de privata inju-
riae condonatione, adeoque trahi nequit ad absolutionem
sacramentalem.

Qu. A quibus deferenda est absolutio propter defectum
propositi? Differenda 1o iis qui aliena retinent cum
restituere possunt vel illatam in fama, honore, aliisque
bonis proximo injuriam pro viribus non reparant.
2o Iis qui cum proximo reconciliari nolunt. 3o Iis
qui priores fratrem graviter laeserunt, nec tamen pri-
ores eidem satisfacere volunt. 4o Iis quoque qui publi-
cum dedere scandalum, ne hactenus publice emenda-
ti apparuerunt. 5o et iis etiam qui peccandi occasio-
nem praebent, seu picturis nuditate et picturis las-
civiam exhalantibus seu venditione librorum impie-
tatem, haeresim vel obscenitatem spirantium. 6o Iis
qui officium suum gravi cum negligentia exercent, ut
adolescentes plerique qui nugis pene toti incumbunt vix
vero studio. 7o Litigantibus, qui cum possent, nullam pa-
cis viam sequi volunt. 8o Iis, qui nimio vestium
supellectilium, dapumve apparatu debita viribus
suis majora contrahunt. 9o Beneficiatis, qui mate-
rialiter tantum resident aut Ecclesiasticos reditus pro

fere dissipant. 10° Confessariis omnibus, qui horum quemquam sacrilege absolvunt.

De defectibus a Confessario commissis.

Quodnam modis confessarius peccare possit? quinque modis. 1° cum ex imperitia v(el) humano timore certo v(el) dubie indignos absolvit. 2° cum absolvit sine jurisdictione. 3° cum positive v(el) silentio suo inducit in errorem, unde sequitur juris alicujus violatio. 4° cum restitutionem indebitam praecipit v(el) a debita deobligat. 5° cum male interrogat circa numerum circumstantias obligationem spectatas.

Quandonam adigendus sit poenitens ad generalem Confessionem? Generatim iterandam esse mortalium Confessionem 1° quoties absolutio fuit invalida defectu conditionis essentialis 2° cum mortalia vere quidem sed indirecte tantum remissa sunt. 3° qui voluntarie v(el) ex defectu idonei examinis v(el) ex imperitia notabiliter culpabili peccatum grave, aut ex ignorantia habitum pro gravi reticuerit. 4° qui confessi sunt, quo tempore primaria Religionis Mysteria ignorabant. 5° qui confessionis tempore cor gerebant male affectum, puta qui creaturae medullitus haerebant, aut inimicum odio insequebantur. 6° qui injunctam sibi satisfactionem omiserunt. 7° qui paulo post absolutionem in peccatum relabuntur.

An Confessarius aliquando teneatur non aperire poenitenti obligationem Confessionis generalis instituendae? Affirmative

hac 2da conditione 1o quod poenitens itane vivat et in bona circa praeteritas suas confessiones fide versetur 2o quod praevideatur ex imponenda sibi generalis confessionis obligatione peccaturus mortaliter, puta quod nusquam adduci poterit, ut credat se ad illud onus ten

Quid praecipue iis commendandum sit, qui per extraordinariam confessionem meditantur? hortandos esse sedulo, ut magis de plena cordis conversione, quam de integra peccatorum accusatione soliciti sint.

Scholion Non est necesse ut poenitens, qui generalem confessionem instituere tenetur, omnia peccata sua denuo confiteri debeat, si ad eum quo semper usus est sacerdotem recurrat, dummodo Confessarius adhuc eorum ideam generalem [illegible] est ut poenitens. tum id solum dicat accuso me de peccatis, quae jam confessus sum.—

De Sigillo Confessionis.

Quid sit sigillum confessionis, et quonam jure sacerdos ad illud teneatur? Sigillum confessionis est religiosa obligatio servandi secretum circa illas, quae per confessionem sacramentalem vel occasione ejus quocunque modo cognita sunt, ad quod sacerdos jure naturali divino et Ecclesiastico tenetur.

Quomodo obliget lex secreti? Eam in quacunque materia

obligare sub mortali, quia venialis etiam culpae revelatio, li=
cet gravem infamiam poenitenti non inferat, gravem semper
in sacramentum irreverentiam invehet, cum homines a valde
utili venialium confessione retrahat. Ut ut vero praecipua
aestimari debet haec regula, confessarium nunquam silentii, sae=
pe sermones praetexebit.

<u>An lex sigilli etiam quoad mortuos confessarium ligat?</u> Affirma=
tive 1o, quia aeternum pro utroque statu silentium promisit
Sacerdos. 2o quia si scirent fideles futurum ut post mortem
revelaretur sua turpitudo nemo vivens confiteretur. Hinc
qui ex sola confessione didicit puellam esse gravidam, non
potest sine consensu ejus id ipsa defuncta aperire, ut per
baptizmum proli consulatur. Et tamen nisi haec vel de=
clarari permittat, vel quod melius fuerit alii extra confessi=
onem declaret, absolutionem impendere non potest, ut quae
temporali famae suae bonum aeterno infantis bono antepo=
nat. Quod si puella haec in extremis confessarium revocare ~~quia~~
jussisset, qui eam reperisset omni sensu destitutam, non
posset is secretum ejus prodere; nec enim in re tanti
momenti sufficit licentia praesumpta sed requiritur expres=
sa. Ei tamen impendenda foret absolutio, quia ad hanc
sufficit aliqua contritionis praesumptio.

Ex qua confessione oriatur sigilli vinculum? Illud nascitur

ex omni et sola confessione sacramentali, seu ex ea quae fit apud Sacerdotem, verum et aestimatum animo obtinendae aliquando absolutionis. —

An alii praeter confessionem tenentur ad sigillum? Affirmative hinc sigillo tenentur 1° Confessarius etiam f... ctus. 2° Superior ad quem poenitens vel Confessarius pro reservato casu confugit extra Confessionem. 3° qui alterius Confessionem audivit vel fortuito vel de industria. 4° Interpres. 5° Judex aut superior tenentur reum ejusque complices, nisi aliunde horum facinus comperierint in tacitos relinquere. 6° qui reperit chartam ubi descripta est peccatorum confessio. 7° Eodem sigilli lege tenentur ii coram quibus ex necessitate puta naufragii vel pestis tempore fit confessio sacramentalis. 8° Tenetur et conciliarius, quem consulit Sacerdos, sive ex licentia poenitentis sive sine ipsa. —

An poenitens etiam sigillo teneatur? Non tenetur, quia sigillum confessionis est institutum in favorem poenitentis; ergo poenitens juri suo cedere potest. Sciant tamen qui quaestiones sibi prudenter factas, monita prudenter data, satisfactiones impositas, quae graviores apparent divulgando eruitant.

Scholion. Sigillum duplici modo violari potest: nempe

directe et indirecte, utroque modo peccat sacerdos sigillum violando.

Quid respondere debeat sacerdos cum interogatione? 1° an ejus poenitens tale crimen commiserit. 2° an huic vel illi dederit absolutionem? Semper consultus est generatim protestari se numquam de poenitente vel absolutione ei loqui. Unde si superior conqueratur, quod sacerdos publicum absolvit peccatorem, quia ad sacra palam accessit simpliciter respondendum: non licet mihi dicta et acta in confessione revelare sine injuria Sacramenti.

An confessarius uti possit scientiam per confessionem habita ad avertendum grave sui vel alterius damnum?

Nec verbo nec facto nec nutu nec aliquo signo licet in aliquo casu, quamvis Ecclesiae Reipublicae damnoso revelare confessionem. Nec ad servandam quidem vitam licet uti confessionis notitiae v. g. abstinere a celebrando, ne ex venenato calice moriaris. Nusquam enim licita est indirecta confessionis revelatio, etiam ad propriam vitam tuendam, sicut nec in eodem casu nunquam licita est fornicatio.

Quid facto opus sit cum poenitens ob negatam sibi absolutionem gravem confessario calumniam impingit?

Non licet confessario tueri se manifestando calumniae causam negationem videlicet absolutionis etsi enim

vim vi repelle licet, non tamen revelatione sacramenti injuriosa.

An fugere possit eum sibi mors, qui absolutionem negat intentatur? Affirmative, quia haec mortis comminatio non est confessionis istius materia, sed peccatum in tribunali coram sacerdote perpetratum.

An confessionis scientia uti liceat? Licet uti in his casibus. 1o Pro penitente Deum precari 2o In dubiis virum doctum consulere. 3o Ex unius confessione aliquem circa quaedam necessaria et utilia interrogare. 4o propriam suam emendare agendi rationem. 5o Rebus suis diligentius vigilare, nonquidem quantum ad ancillam, quae furtum suum confessa illico animadvertit illud sibi tacite exprobrari, sed quantum ad alios quibus locum repleri intelligit nebulones.

An sacerdos exire possit, ut sibi complices revelentur? Nunquam exigi debet ut revelaretur complex sceleris, cum nec abest periculum relapsus, nec abeo cui quam reprendi damnum et ruina, expedit enim ut complices alterius commonendi licentia extra tribunal detur.

An sacerdos lesi sigilli reus censurae alicui et irregularitati subjaceat? Negative praeter gravissimum peccatum et dispositionis poenam post sententiam judicis.

Finis de conscientia.

Tractatus de Matrimonio

Caput 1.um de Essentia Matrimonii.

Quid sit Matrimonium?

Matrimonium sumi potest ut Contractus, et ut Sacramentum. Sumptum ut Contractus est maritalis conjunctio et foeminæ inter legitimas personas individuam vitæ consuetudinem retinens. ut Sacramentum definitur, Sacramentum Novæ legis, quo vir et mu„ lier baptisati corporum suorum dominium legitime sibi tradunt, et accipiunt ad prolem pie et Xtiane instituendam.

quotuplex est Matrimonium?

Est 3.x Legitimum, Ratum, et Consumatum. Legitimum est quod mutuo consensu inter personas legitimas contractum est, tale est Gentilium. Ratum est illud, quod inter baptisatos con„ trahitur et ideo majorem habet firmitatem. Consumatum est illud, quod per coitum carnalem completum est a baptisatis contractum sit, jam dissolvi non valet.

In quo consistit essentia Matrimonii?

Matrimonium spectari potest, vel in fieri et sic habet esse fluens

et transitorium, vel in facto esse et sic habet esse fixum ac permanens. Matrimonium spectatum in fieri, consistit in mutua pactione, qua partes individuam vitæ societatem sibi spondent, spectatum vero in facto esse, consistit in vinculo, quod ex mutua illa virum inter et mulierem pactione resultat.

Utrum Matrimonium per se et intrinsece sit honestum et licitum?

Matrimonium per se et intrinsece licitum est et honestum, dicitur enim Math: c. 19. Quod Deus conjunxit, homo non separet, sed quæ conjuncta sunt a Deo, sunt necessaria intrinsece bona ergo etc: Et vero an nuptias præsentia sua cohonestasset Xtus, et insigni miraculo illustrasset, nisi per se licite et sancte forent. Idem pluries docet S. Paulus 1 Cor. c. 7 vel 9. Si non se continent nubant versu 38. Qui matrimonio jungit virginem suam bene facit. Heb. 13 v. 4. Honorabile connubium in omnibus. Item Concilium Gangrense definivit c. 1. Si quis vituperat nuptias anathema sit.

Coroll. Matrimonium non videtur stricte præceptum jure naturali, et præceptum est divina lege. Probatur 1º quia suspicari non licet. Adamum quidem in re tanti momenti fecisse præter voluntatem Dei. 2do quia id crescite et multiplicamini Gen. 1º connubii præceptum importat vel saltem supponit. Atqui non naturale nisi naturale sumatur pro eo quod naturæ multum congruit ergo et divinum.

Matrimonium fuit ne verum Sacramentum ante adventum Xti

Nequaquam, quia id sacramentum requiritur, ut signum efficax gratiæ, eamque per se, et ex opere operato producens. At qui matrimonium in primævis legibus non fuit hujusmodi. Signum enim efficax antecam habet gratiæ promissionem, eamque per sensibilia signa constanter producit. At qui nec uspiam legitur annexa veteribus matrimoniis gratiæ promissio, nec institutum fuisse à Deo signum aliquod cui hæc efficaciter alligaretur.

An Matrimonium in Nova lege sit verum Sacramentum?
Matrimonium verum est novæ legis Sacramentum. Probatur ad Eph. 5 v. 25. Viri diligite uxores vestras sicut et Xtus dilexit Ecclesiam, quia membra sumus corporis ejus. Propter hoc relinquet homo Patrem et Matrem suam et adhærebit uxori suæ et erunt duo in carne una. Sacramentum hoc magnum est, ego autem dico in Xto et in Ecclesia. Atqui sponsi consequenter ad Matrimonium, pro ut est signum unionis Xti cum Ecclesia, capaces sunt charitatis præstantissimæ, cum ea tenus possint et debeant se se invicem diligere, sicut et Xtus dilexit Ecclesiam, qui se ipsum tradidit pro ea ut illam sanctificaret ergo etc. Probatur 2º Ex Conc. Trid. Sess. 24 c. 1. si quis dixerit Matrimonium non esse vere unum ex 7 legis Evangelicæ sacramentis a Xto Dno institutum, nec gratiam conferre, anathema sit.

An inter duos secundos fideles dari possit Matrimonium validum in ratione contractus, et non in ratione Sacramenti?
Potest quia ad Sacramentum conficiendum requiritur ejusdem conficiendi intentio, at qui possunt contrahentes intentionem habere contrahendi civiliter non tamen faciendi Sacramentum. Rei enim invincibiliter ignotæ nulla est aut esse potest

intentio et contraria opinio nullum habet fundamentum vel in Scriptura vel in Patribus vel in Conciliis vel in Communi fidelium aut Doctorum sensu ex his requiruntur.

Coroll. Quod valeant in ratione contractus Matrimonia per Procuratorem inter absentes contracta, idq etiam post Tridentinum quia probatur 1º Nec Xtus elevans Matrimonium ad esse Sacramenti nec Eccla immutavit contractus naturam, quae ea est, ut inter absentis et procuratorem celebrari possit. Probatur 2do quia Ecclesia hoc Matrimonii genus aprobat licet illud per plura saecula ignoraverit, ut hodie Orientales Ecclesiae. Prob 3º Ubi concurrunt omnia ad Sacramentum, at qui in ejusmodi Matrimonio concurrunt omnia necessaria: hic enim praesto est Materia, quae in ipso contractu consistit, forma sive haec in verbis Parochi sita sit, sive in verbis contrahentium, testium et legitimi Sacerdotes praesentia, nec deest intentio faciendi quod facit Eccla.

Quae in Procuratore requiruntur conditiones, ut validum nomine constituentis Matrimonium ineat?

Requiritur 1º ut habeat mandatum speciale non modo quo ad Matrimonium sed et Matrimonium cum tali persona. 2º ut rem per se exequatur non per alium nisi hoc idem specialiter sit comissum. 3º ut mandati limites non excedat. 4º ut ritu ab Eccla praescripto contrahat. 5º ut non sit revocatus. Ita Bonifacius 8us Valet revocatio Procuratoris 1º quamvis praeiverit juramentum de non revocando procuratore, quia per jurium non impedit substantiam revocationis. 2º etiamsi mere sit interna, quia et haec consensum tollit licet in exteriori foro non prosit, nisi probetur per testes. 3º licet sit tacita; idest licet facto non autem verbis declaretur, ut si quis mandatum

det ad contrahendum cum altera, qui enim secundam ducere vult, prima ducendæ voluntatem abiecit.

An Procurator absque Scriptura possit constitui?

Potest nisi aliter speciali locorum lege constitutum sit.

Utrum verum sit inter Infideles Matrimonium?

Verum modo secundum justas patriæ leges contrahant non est tamen illud tam firmum, quod quam a Xtianis contrahitur, nec est Sacramentum. Probatur quia infidelium conjunctio nullo jure irritatur. Nec divino cum e contra sanciat Apostolus 1a Corinth. 7. Ut si quis frater Uxorem habet infidelem, et hæc consentit habitare cum illo, non dimittat illam. Nec Ecclesiastico, tum quia Ecclesia nihil habet juris infidelium conjugia, tum quia ex Innocentio 3o per sacramentum baptismi non solvuntur conjugia sed dimittuntur peccata.

Utrum Matrimonium fidelium cum infidelibus prohibita fuere?

Matrimonia fidelium cum infidelibus nunquam Evangelica lege generatim prohibita fuere. Hæc prioribus 5que seculis toleravit Ecclesia, licet ea moraliter loquendo redarguerit, ut multiplici periculo obnoxia. Nunc autem Ecclesia eadem absolute reprobat, non tamen sic ut nunquam ex dispensatione contrahi possint.

Utrum Matrimonium infidelium accedente baptismo, evadat Sacramentum?

Non conveniunt Theologi; probabilius tamen est communior sententia matrimonium inter non baptisatos initum, in Sacramentum transire, post susceptum baptismum, modo coram Parocho et testibus ipsum ratificent, habentque intentionem saltem implicitam faciendi id, quod facit Ecclesia, ratio est, quia in hac matrimonii

ratificatione nihil deest ad rationem Sacramenti, adsunt enim materia forma et intentio.

Quando liceat fidelibus Matrimonium cum hæreticis inire?
Id licitum est, 1º cum ii conversionem serio promittunt. 2º Cum graves causæ eadem conjugia fieri sinunt, postea spes certa sopiendi graves inimicitias, flectendi animum Principis in gratiam Catholicorum. 3º Cum præsto sit legitima Superioris dispensatio. 4º Cum pars Catholica justam habitura est facultatem omnia Religionis officia adimplendi; infantes utriusque sexus Catholice instituendi, nec ullum legitime verendum est subversionis periculum aliàs enim vetitum est Matrimonium illud, jure naturali.

De Sponsalibus.

Quid sunt Sponsalia et quomodo dividuntur?
Sponsalia definiuntur, promissio mutua et deliberata futuri matrimonii; sufficientibus verbis aut signis declarata inter personas ad contrahendum habiles et idoneo dividuntur 1º in Ecclesiastica, quæ celebrantur in facie Ecclesiæ coram Parocho v. Sacerdote ad id legitime deputato et civilia, quæ conficiuntur per mutuam partium promissionem absque Sacerdotis ministerio. 2º Invalida quæ conditione substantiali carent puta consensu v. formalitate essentiali, et valida quæ v. licita sunt, ut si in his omnia prescripta observantur; vel illicita, ut si accidentali quopiam vitio destituta sunt. 3º in absoluta, quæ pure, et condi-

cionata, quae non nisi sub certa conditione ineuntur. 4° in simplicia, quae fiunt nulla ei qui resilierit constituta poena; et poenalia in quibus resiliens poenam subire tenentur.

An parentes loco filiorum impuberum sponsalia contrahere possint, an idem possit socer, vitricus, frater, soror v. tutor?

1° Possunt quidem parentes pro filiis contrahere, sed nullam ex his sponsalibus, si pro filiis septenis minoribus contracta sint, obligationem nasci, nisi filii jam septenio majores eadem rata habeant. Quod si post adeptum septenium eadem rata habeant, non poterunt resilire ante pubertatem, bene vero post illam, modo statim contradicant. Tunc autem qui primo fit pubes non tenetur expectare, donec alter pubescat, sed potest statim resilire, quod si pubes cum impubere sponsalia contraxit, pubes resilire nequit bene vero impubes, non quidem ante sed post adeptam pubertatem. 2° non potest socer vitricus frater vel aut tutor privigno sorore aut pupilo impuberis contrahere sponsalia. Ratio est, quia jura solis parentibus summam hanc pro filiis spondendi facultatem tribuunt, ergo ad alios extendi non debet.

An ipsi impuberes sponsalia contrahere possunt?

Sponsalia quacumque aetate contracta valent jure naturali, modo adsit sufficiens rationis usus. Eadem jure Ecclesiastico ante septenium completum nulla esse videntur.

Num resilire possit post pubertatem, qui impubes sponsalia sua juramento confirmaverat?

Potest quia cum ea sit hujusmodi sponsalium natura, ut a pubere facto dissolvi possint, idque in commune bonum vergat, juramentum hanc eorum conditionem sequi debet.

An filii familias sine consensu parentum v. tutorum sponsalia contrahere possint?

Valent quidem haec sponsalia de Jure Comuni, quia nulla lege irritantur, sed simul graviter illicita sunt, quia qui haec contra„
hunt, debitae parentibus reverentiae desunt in re gravi.

An iniri possint Sponsalia cum persona indeterminata?
Non, quia sicut Matrimonium necessario esse debet cum persona certa sic et sponsalia quae initium sunt Matrimonii. Unde si Pater a puelis quatuor in id consentientibus unam promiserit Titio neq; sponsalia hinc oriuntur neq; publica honestas.

Sed quid si Titius cum una ex his copulam habuerit, an ea pater tradere tenebitur?
Negat Sanchez, quia patris erat jus eligendi quod per Titii nequitiam privari non potuit, unde nullam debebit ducere, nec eam quae cor„
rupta est, ob rationem mox allatam, nec alias ob subortam ex illicito coitu affinitatem. Tenebitur tamen Titius quantum penes se erit eam ducere, quam corrupit, quia ad ejus nuptias se determinasse videtur.

An Catholicus cum Haeretica Sponsalia contrahere possit?
Sponsalia haec ordinarie loquendo, non solum illicita sunt sed et prorsus invalida. 1º quia nec Sponsalia nec alius quisq; Contractus ad rem illicitam obligare possunt. 2º quia praeter haeresim alterius partis supervenientem v. ipso facto dissolvuntur v. dissolvi possunt Sponsalia jam inunita.

An valent Sponsalia cum persona impedimentum dirimens v. prohibens habente?
Impedimentum etiam mere prohibens Sponsalia etiam jurata irritat, si perpetuum sit, si vero temporale sit aut per dispensationem auf„

fieri valeat et Sponsalia ad Matrimonium eo libertatis tempore contrahen,,
dum referantur, tunc utiq; eam irritabiles commni isto axiomate: omne impedimentum perpetuum Matrimonii etiam impediens tantum, respectu Sponsalium fit dirimens.

Sed quid si contracta sint Sponsalia sub hac conditione si Papa, v. Episcopus dispensaverit?

Dico ea probabilius valide fore. Ad verum duo sufficiunt 1º ut in ea con,,
ditione nihil sit inhonesti 2º ut proinde nihil in ea sit, quod de jure impossibile censeri debeat.

An semper dispensationem petere tenet, qui sub ei conditione nuptias spopondit?

Non semper qui enim suscipiendæ Religionis voto constrictus nuptias sub conditione dispensationis promisit, nec eam accersere tenet, nec ea obtenta uti cum possit Sponsalia etiam absoluta, imo et bimestri, post Matrimo,,
nium ratum ad perfectiorem Religionis statum ascendere possit.

Ubi Sponsalia celebrari debeant?

Ubi vigent civilia, ea possunt celebrari ubiq; sicuti contractus, licet non deceat, ut in popinis fiant, ubi autem vigerit Ecclesiastica hac in loco sacro et quidem publico, de lege comuni celebranda sunt, non autem in Oratoriis Religiosorum aut cappelis domesticis v. domibus privatis.

An potest Tridentinum Sponsalia Clandestina id est sine Parocho et testi,,
bus contracta honestatis impedimentum pariant?

Sponsalia mere civilia ubicunq; veniunt, ast non inducunt ubi vigent Ecclesiastica, nisi in facie Ecclesiæ celebrentur, dummodo aliud locorum legi non sit constitutum.

Quo fine instituta sunt Sponsalia?

Instituta sunt 1º Ut inter medio tempore detegatur, nihil ne sit, quod futurum

Matrimonium dirimat aut prohibeat 2º ut interim sponsi omni bono=
rum operum genere, felicem corporis et animæ nexum obtinere ni=
tantur. 3º Ut Matrimonium tot oneribus grave, tot molestiis ac diffi
cultatibus implicatu maturiori consilio celebrent.

Quo tempore iniri possint Sponsalia?
Hæc quovis tempore adventus etiam et Quadragesimæ posse celebrari, quia
id nulla lege prohibetur. Non decet tamen Sponsalia quæ de se aliquid fes
tivi habent celebrari; dum Ecclesia passionem Xti: animo et corde medi

An Sponsalia per Procuratorem, inter nuntium et litteras fieri possint
Possunt fieri, quia per media hæc fieri potest, Matrimonium ipsum, tum
quia, qui facit per alium, est proinde ac si faceret per se ipsum; Eædem
porro ad Sponsalium, quæ ad matrimonium Procuratorem requiruntur
conditiones.

Quot modis contrahuntur Sponsalia?
Ita contrahuntur v. absolute v. conditionate. Conditio autem vel est de præ
terito v. de præsenti v. de futuro, seu necessario seu contingente. Con=
ditio autem v. est honesta, ut ducam te si aureos mille dederis in do
tem, v. est turpis, eaq. v. Matrimonii substantiæ adversatur, ut nubam
tibi, si prolis generationem evites; v. bonis moribus, non tamen matri=
monii scopo, ut contraham tecum, si me in latrocinio adjuvare velis,
v. est possibilis, ut si talem dotem quam habes afferas, v. impossibilis
ut si Coelum digito tetigeris, his enumeratis patet: 1º Sponsalia con
tracta sub conditione possibili simul et honesta, vim suam haben
statim, ac purificata fuerit conditio. 2º Sponsalia quibus adicitur
conditio, turpis de futuro, substantiæ Matrimonii contraria ipso jure
nulla sunt. 3º Sponsalia sub conditione imposibili sunt invalida. 4º
Sponsalia quibus sub conditione turpis quidem sed matrimonii substan=
tiæ nequaquam contraria v. g. ducam te si illud furtum facies, va=
lent impleta conditione nisi resistat locorum disciplina.

An conditio servandae utique continentiae sponsalibus apponi non possit, quasi Matrimonii bonis contraria.

Ea apponi potest cum hac alia conditione, ut Matrimonio uti liceat si ita judicent superiores.

An Sponsalia et Matrimonia conditionate inita statim post conditionis eventum valeant absque novo partium consensu?

Valent, quia tunc voluntas prior ut pote semper subsistens, e conditionali transit in absolutam.

An sponsis liceat pacisci de poena ab eo qui resilierit ex solvenda?

Poena non modo a sponsis, sed etiam ab eorum consanguineis, vel amicis apposita, de jure nulla est, utraque enim conjugiorum libertati obest.

Quis est Minister sponsalium Ecclesiasticorum et quae ejusdem officia?

Sponsalium Ecclesiasticorum Minister solus est Parochus, aut qui vices ejus gerit; officia autem Parochi aut Confessarii eorum sunt 1º Parochus et Confessarius serio perpendere debet an sponsi vocati sint ad conjugalem statum: 2º Illud aget Pastor vel Confessarius, ut nupturi in statu gratiae ad Sacramentum accedant ostendens illis bona et mala spiritualia 3º curabit ut nupturientes ab omni etiam prohibente impedimento liberi sint. Unde impedimenta si quae subsint ipsis sigillatim aponet. 4º Id vehementer inculcabit, ut antequam Matrimonium contrahant ad Sacrum Tribunal confessionis generalis /: quod optatibus esse potest /: et communionis accedant. 5º Monebit nihil eis amplius post inita sponsalia licitum esse, quam antea liceret. 6to Monebit etiam ut sponsi evitent ebrietatem, obscena verba etc: quae Sacramenti gratiam pervocant. 7º Cavebit ne vel recens conversos antequam sibi de eorum fide constet, vel vagos ac fine domi alii consortes

antequam Episcopum consuluerit v. publico collatos ligatos im-
pedimento etiam prohibente, antequam dispensationem ejus
expostulet ad sponsalia admittet, sed et cavebit ne a sponsa-
libus quemquam removeat seu propter impedimenta occu-
seu quia sine probatione ulla renuntiatum sibi fuerit, hunc
v. illum ab aliquo impedimento constringi.

Num sponsalia sint necessaria?

Sponsalia licet de gravibus causis sint instituta tamen ex natu-
ra rei ad Matrimonium necessaria non sunt. Ratio est, quia
ad Matrimonium sufficit mutua corporum traditio, haec autem
absoluta sine praevia tradendi promissione fieri potest sicut
venditio domus sine pacto ejusdem vendendae. Sponsalia autem
Ecclesiastica ubicunque praecipiuntur sine gravi peccato ejusdem
vendendae voluntarie omitti non possunt. Ratio est: quia ce-
remonia a legitima potestate, graves ob causas praescripta
sine gravi peccato negligi non potest.

Quos effectus producunt Sponsalia?

Duos: 1o impedimentum publicae honestatis, quod ex eis oritur.
2o gravis obligatio contrahendi Matrimonii tempore praefinito,
nisi adsit justa causa differendi.

An vir nobilis, qui cum puella conditionis longe inferioris,
cognita ut tali, sponsalia contraxit, eandem sub gravi ducere
teneatur, etiamsi copulam iniecta matrimonii spe non extorserit?
Tenetur, quia scienti et consentienti non fit iniuria: haec tamen
intelligenda sunt, nisi ex dispari conjugio timeantur, scandala
rixae graves inter consanguineos plenitudo gravis morti ipsius.
Si quid tamen sponsa passa est damni quod paris fortunae v.
rum invenire ubi nequeat, erit ad refundendum v. dando
v. dotem ad augendo.

An qui Virginem seduxit sub spe Matrimonii eam ducere teneatur?
Tenetur, posito quod ablatus honor eidem aliter resarciri non possit. Excepto si quae seducta est, intelligere potuerit nuptiarum promissionem dolose et mendaciter ad obtinendum sibi crimen factum esse, tunc enim nihil ei poenae debetur, quam quod debetur libenter consentiendi.

An ad Matrimonium cogendus sit, qui datam in Sponsalibus fidem exsolvere recusat sine causa?

Eum in Conscientiae foro per absolutionis dilationem compelli debere ut stet promissis, quia absolvi nequit, qui gravis injustitiae reus est.

An possit quis de certa pecuniae summa (specie) praecisse, ut alteri nuptam ex Sponsalibus oblationem remittat?

Potest non tantum ob expensas factas, aut ad nuptias paras aegre invenire, sed licet etiam nihil subeat damni. Ratio est quia resiliens sine causa, gravem eamque pretio aestimabilem, injuriam fecit innocenti.

An fidei quam sibi invicem sponsi debent violatio per fornicationem sit adulterium? aut circumstantia necessario confitenda?

Nequaquam, proprie enim adulterium inceptum sortitur unde ab omnibus definitur alieni thori violatio. Atqui nec Sponsa de futuro jam nupta est, nec qui ad eam accedit, violat alienum thorum. Quo vero ad fornicationem utriusque Sponsi circumstantia est confitenda. Ratio est quia fornicatio haec contraria e fidei data in Sponsalibus ergo in ea duplex est malitia alia fornicationis, alia fractae fidei.

Nota. Nec modo fornicatio Sponsi alterius est circumstantia in Confessione aperienda, sed et tactus obsceni, et liberiora oscula per haec enim plus vel minus frangitur fides data sponso, et minuitur amor eidem debitus.

Quot modis Sponsalia etiam Juramento firmata dissolvi possunt?
Dissolvuntur 1º Mutuo et libero Sponsi et Sponsae consensu 2º Per susceptionem Sacrorum Ordinum. 3º per ingressum Religionis saltem quoad partem in saeculo manentem. 4º per subsequens matrimonium cum altero contractum 5º per superveniens impedimentum affinitatis 6º per subsequentem unius fornicationis 7º per notabilem mutationem supervenientem, talis est deformitas, infirmitas, morbus contagiosus, haeresis graves inter desponsatos vel inter utramque familiam inimicitiae 8º per diuturnam absentiam unius partis sine consensu alterius. 9º per reclamationem, si ante pubertatis annos Sponsalia contraxerint.

An fornicatio antecedens Sponsalia ad eorum dissolutionem sufficiat?
Sponsalia dissolvi possunt propter praeviam sponsae fornicationem a sponso prius ignotam. An a sponsa propter idem solus contrahere? vertitur. Probabilius, quod non nisi cum pluribus peccaverit, vel ex una habuerit prolem.

An si Sponsa per vim oppressa fuerit possit sponsus resilire?
Potest 1º quia mulier etiam vi oppressa longe vilior facta est et gravem subit mutationem 2º quia raro tanta vis infertur, quin ejus saltem aliqualis consensus accedat, debitaque minor circumspectio vel resistentia.

An si Sponsus et sponsa utrinque peccent detur compensatio delicti?
Probabilius tunc licitum esse sponso resilire, non autem Sponsae 1º quia ea solum delicta mutua compensatione tolluntur quae paria sunt, sed longe est gravior puellae, quam viri fornicatio 2º quia ea suspicionem et metum ingerit damni longe

majoris, ne quod spurium in hereditatis partem cum filiis legitimis advocet.

An priora sponsalia solvantur per posteriora?

Sponsalia jam non dirimentur per posteriora sola, quia fides posterius data in prejudicium prioris plena irrita est. Si tamen sponsalibus secundis ac= cedit coitus cum consanguinea in primo gradu prioris sponsa, neutra duci poterit. Nec prior propter impedimentum affinitatis ex copula tali consurgens non posterior ratione publice honestatis, quae ex priori= bus sponsalibus validis orta est.

An si priora sponsalia dissolvantur v.g. per prioris sponsae mortem teneatur sponsus posteriora exequi?

Qui posteriora sponsalia contraxit, his post priorum dissolutionem non tenetur. Ratio est quia secunda sponsalia non valuerunt in genere promissionis, quia promissio haec erat rei illicitae.

An si sponsus cum secunda sponsa peccaverit, eam ducere teneatur saltem ratione damni caeteroqui irreparabilis?

Qui posteriorem sponsam corrupit, non teneatur eam si priorum sponsa= lium conscia erat ducere, si vero haec nesciebat, tenetur aliquando ex caritate eam ducere, si sponsa prior jure suo cedat.

Quid juris si posteriora sponsalia non autem priora juramento confirmata sint?

Sponsalia juramento minime solita non dissolvuntur per posteriora etiam jurata, nisi cum haec contracta sunt, justa subesset causa resiliendi a prioribus.

An diffamatio alterius sponsi seu a sponso ipso seu a voce publi= ca sit aequa ratio a sponsalibus resiliendi?

Affirmative, unde si palam falso aut vere jactet se sponsus quod cum desponsata concubuerit, poterit haec virum imprudentem v. impu= dentem dimittere. Idem erit si fama publica renuntiet sponsum alterum impedimento dirimenti adstrictum esse.

An timor scandali v. mali exitus sit ratio dissolvendi sponsalia?
Affirmative modo timor ille sit bene fundatus. Ratio est quia contrahere matrimonium cum gravi scandalo, est culpa lethalis hic enim leditur charitas proximi, parentum pietas, consanguineorum amicitia.

An ad solutionem sponsalium sufficiat contradictio paterna?
Sufficit sed peccat, in dubio pater, cum aequis sponsalibus citra legitimam causam obsistit.

De Bannorum Promulgatione

Quid sit Bannum?
Bannum est denuntiatio futuri inter personas Matrimonii con frequenti populo facta, ut qui aliquod impedimentum inter eas cognoverit, illud Parocho v. alii primum detegat.

Qui Bannorum legi subjaceant?
Omnes cujuscunque status qualitatis et conditionis existens. Eximuntur tamen summi Principes, quia eorum genus omnibus notum est.

Quae sit hujusmodi denuntiationum necessitas?
Illae sunt graviter necessariae necessitate praecepti Ecclesiastici patet ex Trid. Sess. 25. Ut antequam matrimonium contrahatur ter a proprio contrahentium Parocho tribus continuis diebus festivis in Ecclesia inter Missarum solemnia publice denuntietur, inter quos Matrimonium sit contrahendum: quibus denuntiationibus factis, si nullum legitimum oponatur impedimentum, ad celebrationem matrimonii in facie Ecclesiae procedatur.

An non potest Parochus urgente Adventus tempore impossibili ad Episcopum distantem sine recursu Banni unius promulgationem praetermittere?
Non potest, quia ei id nulla authoritate conceditur, nec dubium quin si id ausit in Ecclesiasticis Curiis severe plectatur.

Cui impedimentum detegi oporteat?
Impedimentum si ex natura sua publicum est, ut cognitio affinitas etc. detegendum ex partibus aut earum consanguineis, si partes nec a Matrimonii consilio deterreri, nec dispensationem obtinere satagunt, res ad Parochum deferenda erit, quin et quando quae ad Episcopum, si Parochus Matrimonio contra regulas favere velit, si vero impedimentum occultum sit satius quidem foret ut privatim moneretur pars impedimenti conscia nec ad conjugium sine dispensatione progrediatur. sed quia saepe fit, ut monita haec minimum inutilia sint, docent plures recta via pergendum esse ad Parochum, ut melioribus quia licebit via malo occurrat.

Quae sint poenae omitentium denuntiationes citra dispensationem?
Praeter culpae et poenae aeternae reatum assignantur plures 1º Parochus aut alius sacerdos, qui clandestinis hujusmodi conjugiis assistens, per triennium ab officio suspendi debet, et gravius puniri, si culpae qualitas postulaverit Trid. Sess. 24. 2º Proles illegitima censetur si forte parentes ei impedimento sibi non ignoto ligabantur 3º Omnis jam hisce contrahentibus admittitur spes obtinendae dispensationis.

An Matrimonia secreta, seu ~~quae sine~~ ~~[illegible]~~ conscientiae, valent et licita sint?
Matrimonia secreta, seu ~~[illegible]~~ quae sine Contractu, plerumque et bannorum denuntiationibus nisi inter dentes obmurmurantis sed tamen coram Parocho, et testibus in facie Ecclesiae celebrantur, valent quo ad foedus

quia nihil eis deest ex parte formae, materiae et Ministri, neque etiam ex parte contrahentium, quos ab omni impedimento liberos esse supponimus. Verum si per totam vitam conjugum celetur graviter sunt illicita.

An peccet qui ficte contra Matrimonium impedimenta proponit?
Graviter peccat contra justitiam. Unde de omni quod hinc suborit damno tenentur ante Judicis sententiam.

Ad quem pertinet facultas dispensandi a Bannis?
Ad Episcopum qui ex Trid. non debet dispensare sine causa, cujus tamen judicium Episcopi prudentiae et judicio remittitur.

Utrum sit necessarius Parentum consensus?
Matrimonia filiorum sine parentum assensu, sunt valida de jure tam divino quam naturali; sunt tamen utroque jure graviter prohibita nisi causa legitima excusit. Nam Con. Trid. Sess. 24 Can. 1. de R. Eos anathemate damnat, qui falso afirmant, matrimonia a filiis familias sine consensu Parentum contracta, irrita esse, et parentes ea rata, y irrita facere posse.

An et quis ad Matrimonium requiratur consensus?
Ad matrimonii valorem necessarius est absolute partium consensus et hic debet esse exterior, quia consensus unius conjugis ab alio debet acceptari, sed acceptari non potest nisi per exteriora signa cognoscatur, ergo debet esse exterior.

An ad Matrimonium contractum requiratur ut simul existat partis utriusque consensus?

Non requiritur utriusque consensus simul physice existat. Unde ex dictis supra valet a Matrimonium per Procuratorem, licitum contrahitur, mandans dormiat, sufficit ergo: at cum unius Consensus ponitur consensus ab alio antea praestitus virtu, aliter perseverat.

Si autem perseverat donec explicite et implicite revocetur.

An si conjux uterque ex metu v. cum alio impedimento dirimente consenserit sufficiat, ut uterque deinceps solo animo consentiat?
Negative, quia tunc perinde est ac si Matrimonium penitus non esset contractum, ut quando cadit super materiam ineptam. In hoc ergo casu denuo utrinque renovandus est consensus.

An cum errore facti et scientia Juris possit subsistere consensus ad Matrimonium sufficiens: puta an valide consentiat Titius ducendo Mariam, quam ex errore credit sibi in gradu prohibito affinem esse?
Multo probabilius, quod non possit subsistere, ratio est, quia nemo potest sincere velle id, quod firmiter credit esse sibi impossibile, cum intentio nunquam sequi possit in voluntate, nisi secundum id, quod processit in intellectu.

An quid teneatur, qui ficte solum consentit?
1º Huic nihil licitum est eorum, quae solis conjugibus permissa sunt, ut qui vere conjux non sit 2º Ille nisi graves obsint circumstantiae justa metus inique incussi etc. tenetur de novo interius contrahere, cum fal-tam comparti injuriam aliter resarcire non possit, nisi haec circumspecte interrogata consentiat in celibatu vivere usque ad mortem puta-titiis sui conjugis. Is tamen ad alias nuptias, cum priores in Ecclesiae foro pro validis habeantur convolare nequit.

An pars una teneatur credere alteri se ficte consensisse asserenti, et a de-bito petendo abstinere?
Non tenetur, confirmante etiam id Innocentio 3º quia verisimilius est, quod tunc mentiatur, quam quod id comiserit in actu principali. Unde ei nequaquam juranti credendum, nisi id speciales circumstantiae exigant ut si puellae metum sibi incussum probet.

An consensus necessario verbis aperire debeat?
Non, multi enim nuptiarum capaces sunt, ut patet ex praxi, et tamen nonnisi signis loquuntur.
An valeat matrimonium sub conditione initum?
Matrimonium contractum sub conditione honesta v. indifferenti de futuro contingente valet quidem, sed non absolute donec impleatur conditio. Idem contractum sub conditione imposibili jam nunc regulariter validum est, contractum vero sub conditione turpi valet si conditio bonis Matrimonii non repugnet, si autem repugnet invalidum est.
Quis est Matrimonii minister?
Cum enim omnium Sacramentorum principalis minister sit Xtus, ex quo primario omnis Sacramenti valor dependet, ita et Matrimonii primarius erit Xtus, secundarius vero erit probabilius Sacerdos, non obstantibus multis, qui dicunt Matrimonii ministrum ipsos esse contrahentes.
Quaenam sit Materia et Forma Matrimonii?
Materia hujus Sacramenti sunt actus contrahentium, Forma vero sunt verba, quibus Sacerdos contractum hunc nomine Ecclesiae rati habens benedicit.
Quod sunt proprietates Matrimonii?
Propriatates Matrimonii sunt Unitas et Indesolubilitas.
Existit ne praeceptum contrahendi Matrimonium?
Matrimonium praeceptum est communitati generatim sumptae non autem singulis ejus membris, imo in lege nova, sanctior est status caelebs quam Matrimonii status.
Quod sit Unitas Matrimonii et quid eidem oponitur?
Unitas Matrimonii quae Monogamia dicitur est unius tantum cum

una sola conjunctio. Huic oponitur Poligamia, qua unus plures ducit uxores, v. succesive ut olim Patriarchae v. simul ut nunc Muselmani.

An Poligamia licita olim fuere?

Poligamia simultanea non repugnat simpliciter Iuri naturali, eidem tamen repugnat, est intrinsece malum et qua tale nunquam permitti potest, atqui Poligamia simultanea non est aliquid intrinsece malum cum a Deo permissa fuerit / ut infra dicemus / Veteribus enim Patriarchis quin et Iudaeis

De sacrificio Missae

Probatio de sacrificio. Quoniam Eucharistia est simul Sacramentum et sacrificium, sub hac quoque ratione paucis est exponenda. Et quidem in sensu latiore, quaelibet actio interna v[el] externa Deo grata, et ad illius cultum relata sacrificium vocari potest. Si[c] psalmo 49. v. 14 legitur sacrificium laudis. Psalmo 50 v. 19. sacrificium spiritus contribulatus. Eccl: 35. Sacrificium misericordiae. Verum hunc sensum minus proprium esse, ex eadem scriptura colligitur, in qua multarum virtutum opera sacrificiis opponuntur, ut cum Oseae 6 v 6. dicitur: Misericordiam volo non sacrificium, et primo libro Regum 15. v. 22. Melior est obedientia quam victima, sed neque quaelibet res sensibilis et externa sacrificium dici potest, nam Numero c. 8 v 11. dicitur: Aaron obtulisse Levitas in munus Domino, et tum nec scriptura dicit, nec juxta communem loquendi modum proprie dici potest homines illos sacrificatos fuisse: hinc S. Chrisostomus et Theophilactus in cap. 10. Epistolae ad Hebraeos notant discrimen inter oblationem et sacrificium esse, quod sacrificium solum dicatur, de illis rebus, quae occiduntur vel aliter consumuntur.

Est itaque sacrificium in sensu proprio oblatio externa rei sensibilis

per aliquam ejus destructionem, a legitimo ministro facta, soli Deo ad testificandum supremum ejus in omnes res creatas Dominium, et ritu mystico consecrata. Dicitur 1° oblatio externa, rei sensibilis, seu animatae, sive inanimatae, quia est cultus Dei externus, et sacrificium debet esse accommodatum naturae humanae ac publico usui. 2° Per aliquam ejus destructionem, quia videlicet res destinata esse physice, vel saltem moraliter, ut non amplius ad suos usus naturales apta maneat. 3° Facta soli Deo ad testificandum supremum ejus Dominium; est enim cultus latriae, cujus praecipuus ac immediatus finis est testificatio supremi Dominii Divini; atque per hoc sacrificium distinguitur a sacramento. 4° Facta a legitimo Ministro, nempe ab homine ad id specialiter deputata, vel saltem ex ordinatione Dei non inhabili. Nam ut S. Paulus ad Hebreos c. 5° v. 1. ait. Omnis pontifex ex hominibus assumptus, pro hominibus constituitur, in iis, quae sunt ad Deum, ut offerat dona et sacrificia. 5° Ritu mystico consecrata: Nam id denotat verbum sacrificare, videlicet rem Deo offerendam ex profana facere sacram ut not. S. Thom.

Dividitur sacrificium 1mo Ratione materiae seu significatae, in victimam, immolationem et libamen. Victimae dicebantur sacrificia ex animalibus, v. g. ovibus, capris, bobus. Immolatio sacrificia ex rebus inanimatis et solidis v. g. farina, pane, thure. Libamen sacrificium rerum liquidarum v. g. vini, aquae. 2° Ratione formae seu ritus sacrificandi, in Holocaustum, quod totaliter

non consumi debuit, ut nihil cederet hominum usui. In hostiam pro peccato, quae partim cremabatur, partim a sacerdotibus in ipso atrio sancto manducabatur. In hostiam pacificam, quae partim consumabatur igne, partim a sacerdotibus et ipsis offerentibus commedebatur, et quidem ipso die sacrificii, si fuit oblata pro beneficio accepto; si vero pro accipiendo in crastinum servari poterat. 3° Ratione finis, in Latreuticum quod speciali modo in Reverentiam Divinae Majestatis ad contestandam creaturae subjectionem offerebatur. In Eucharisticum, quod fiebat in gratiarum actionem pro beneficiis acceptis. in impetratorium, per quod petebantur beneficia accipienda: in propitiatorium, quo Deum placare volebant. Haec omnia sacrificia fuerant in antiqua lege, et adhuc omnes sub se continebant species. In lege nova tantum dantur duo, quae tamen omnia reliqua in se complectuntur. Primum erat cruentum illud sacrificium, quo Xtus Deo patri se ipsum in contestationem supremi Dominii pro expiatione peccatorum totius mundi optulit, ut saepius testatur Apostolus Epist. ad Heb: et ad Ephes: 5 ubi v. 2 inquit: Xtus dilexit nos, et tradidit semet ipsum pro nobis oblationem et Hostiam Deo in odorem suavitatis. Alterum est sacrificium illud incruentum quo Xtus quotidie in Missa immolatur, principaliter quidem a se ipso ut docet Apost: ad Hebreos c. 7. v. 28

homines constituit

sacerdotes infirmitatem habentes, sermo autem jurisjurandi, qui post legem est filium in aeternum perfectum. Et S. Augustinus Lib. 10. de civitate Dei c. 17. de Christo dicens: Per hoc et sacerdos est ipse offerens, ipse et oblatio. Secundario vero, et Ministerialiter a Sacerdotibus, qui dum sacrificant, nomine Christi agunt, itaque sacra verba proferunt, ac si ipse Christus esset, hoc est corpus meum, hic est sanguis meus. Unde haec duo Sacrificia, tantum diversa sunt ratione modi quo ad substantiam autem sunt unum et idem, in utroque enim datur eadem hostia, idemque sacerdos licet modus immolandi sit diversus, in cruce cruentus, in missa incruentus et mysticus.

Missae notio. Porro vox missa jam antiquissimis temporibus usitatissima fuit. Legitur enim apud Ambrosium Lib. 5. Ep: 33. apud S. Augustinum Serm. 91. de tempore, apud S. Benedictum in Reg. c. 17 in Concilio Romano sub Sylvestro 1o in Carthag. 2 et 4. in Valentino, agathensi, et Aurelianensi, quae ante annos mille et amplius conscripta sunt. Habet autem apud Scriptores Ecclesiasticos varias significationes. 1o quandoque accipitur pro missa Catechumenorum, idem pro Divino officio, lectionum precumque usque ad offertorium, qua parte expleta, Diaconus clamabat: Exite Catechumeni, Recedentes indigni! etc. 2o quandoque idem significat ac missio, quia Christus

est hostia a Deo missa, v. quia per acto sacrificio populus dimit=
tebatur, dicente Diacono: Ite Missa est. 3.° Pro illa parte
liturgiae, quae ab offertorio usque ad finem, et proprie Missa
fidelium vocabatur. 4.° Pro tota celebratione Divini offi=
cii, ut comprehendit simul missam, Catechumenorum et
fidelium. 5.° Pro actione illa sacra, qua Eucharistia confi=
citur, et de qua catholicos inter et Sectarios maxime contra=
vertitur, an sit verum ac proprium Sacrificium.
Controversiae hypothesis. Porro controversia cum sectariis
hypothetica consistit in hoc: an actio illa sacra externa et visibi=
lis, qua conficitur Eucharistia sit verum ac proprie dictum
sacrificium? adeoque an in Missa seu actione coenae Domi=
ni, si rite celebretur, Eucharistia Deo offeratur, et offerri
debeat. Resolutio. In missa verum ac proprium Deo offer=
tur Sacrificium, quod sequentibus probatur argumentis. 1mum
Ese authoritate veteris testamenti. Malachiae c. 1. v. 10 et 11.°
dicitur: Non est mihi voluntas in vobis dicit Dominus exer=
cituum, et munus non suscipiam de manu vestra; ab ortu
enim solis usque ad occasum magnum est nomen meum in gen=
tibus, et in omni loco sacrificatur, et offertur nomini
meo oblatio munda. Quibus verbis Dominus per Prophe=
tam praedicat se reprobare, Sacrificia Judaeorum, eis quae

succederam

aliam oblationem mundam videlicet SSae Eucharistiae Sacrificium, et hunc locum interpraetatur Sus Justinus, Ireneus Chrisostomus, Theodoretus, Hieronymus, Augustinus, aliique Patres apud Bellarminum libro 1o de missa c. 10. Quippe per oblationem illam mundam non potest intelligi: Aliquod sacrificium judaicum, haec enim a Deo reprobantur Malach: c. 1o v. 10. Non suscipiam munus de manu vestra, et nullum offertur in omni loco, sed tantum Hierosolyme. 2o Non aliquod sacrificium Paganorum, dicit enim Propheta v. 11o: offert nomini meo oblatio munda etc.. et in omni loco sacrificiat, atqui sacrificia gentilium non sunt munda, quae autem alii homines qui ante illum obtulerunt, fuerunt admodum rara, et in locis paucissimis. 3o Non sacrificium cruentum in cruce, siquidem quia non nisi semel in uno loco oblatum est. 4o Denique non sacrificium aliquod spirituale, et improprie dictum, orationes Eleemosinae etc.. Ista enim sunt, sacrificium non sunt, nec a Deo abrogata. 2. argumentum. Ex authoritate Novi Thestamenti, quo Xus in ultima coena Eucharistiam instituit, se ipsum sub specie panis et Vini Deo Patri obtulit, et verum sacrificium celebravit atque idem ab Apostolis eorumque successoribus, usque ad consumationem mundi fieri voluit: Hoc facite in meam commemorationem Luc: 22. v 19. Probatur autem Psalmo 109. v 4o Juravit Dominus et non poenitebitur

bitur

Tu es sacerdos in aeternum secundum ordinem Melchisedech. ad Hebr: c.5. v.6. Genesis c. 14. v. 8. At vero Melchisedech rex Salem proferens panem et vinum, ergo etiam Xtus in ultima coena, (aliud enim tempus non potest extendi:) sacrificavit cum pane et vino et adhuc continue per suos Ministros ita sacrificat. Confirmo Quando Xtus Eucharistiam instituit non dixit: Hoc est corpus meum et hic est sanguis, qui vobis datur ad man=ducandum, ut habet textus Graecus, quem sequuntur Nova=tores: ergo Xtus corpus et sanguinem suum obtulit patri pro discipulis, et ut Matth: 26 v 28 Pro multis ergo vere sacrificavit, adeoque etiam legitimi Ecclesiae Ministri vere sacrificant, dum ex mandato Xti Eucharistiam celebrent.

3m Argumentum. Ex traditione et perpetuo Ecclesiae usu et consensu. Perpetuus usus et consensus Ecclesiae tam Graecae quam Latinae, patet ex antiquissimis Litturgiis SS. Jacobi Clementis, Basilii Chrysostomi &c. De S. Andrea Presbyteri Achajae, qui ei martyrio adfuere testantur, quod ad Egeam pro=consulem dixerit: Ego omnipotenti immolo quotidie, non taurorum carnes, nec hircorum sanguinem, sed immolatum agnum in altari. De S. Laurentio scribit S. Ambrosius L. 2 de officiis c. 41. quod Sixtum pontificem compellavit his verbis: quo Sacerdos Sancte sine Diacono properas, nunquam sacrificium sine Ministro offere consueveras. — Certe nullum initium Sacrificii Missae ostendi poterit, nisi ad ipsum Xtum deveniatur. Hinc concilium Trid: Sess. 22. c. 1o ita definivit.

Si quis dixerit, in missa non offerri deo verum ac proprie dictum sacrificium, aut quod offerri non sit aliud, quam nobis Xtum ad manducandum dari anathema sit. 4tum Argumentum, ratione Theologica; Nulla unquam fuit religio, quae non putaverit, necessarium esse aliquod sacrificium, tanquam praecipuum Dei cultum et primarium Religionis actum: Atqui in Religione Christiana nullum aliud sacrificium proprie tale datur, quam quod in missa offertur. ergo et. Major constat ab indicatione legis naturae et scripturae, quam ipsi etiam Gentiles et Pagani imitati sunt. Minor probatur. Quia sacrificio missae, conveniunt omnes conditiones, ad verum ac proprium sacrificium requisitae. Nam 1o est oblatio externa rei visibilis videlicet corporis et sanguinis Christi, sub speciebus panis et vini. 2o est immutatio rei oblatae, quatenus vi verborum, sanguis a corpore separatur, atque sic Xtus moraliter et mystice moritur. 3o est imolatio facta soli Deo, ad testificandum supremum ejus dominium, in hunc enim praecipue finem soli Deo offertur. 4o Fit a legitimo ministro, sacerdote scilicet, qui ad illud nomine Xti offerendum specialiter ab Ecclesia fuit deputatus. 5o Per certum ritum, et ceremonias sacras Deo consecratur.

Imprompta sunt plurima miracula, quibus doctrina nostra Catholica

approbata legitur.

Miraculum 1um. contigit faeminae, quae in apostasiam lapsa Cypriano celebrante Eucharistiam furtim surripuit; quo facto faemina statim omnis exspiratione interclusa palpitans cum summa membrorum suorum commotione humi procubuit. — Testimon: Si Cypriani.

2um contigit faeminae alii, quae cum arcam suam in qua Domini stum Corpus reposuerat, manibus indignis tentasset aperire, igne inde surgente deterrita est accedere attingere. Test. S. Cypri.

3um Cum Eppi Donatistarum sacrilega impietate jussissent Eucharistiam canibus fundi, non sine signo Divini judicii iidem canes rabie accensi ipsos Dominos suos, quasi sancti Corporis reos dente vindice tanquam ignotos, et inimicos laniaverunt. — Testimo: Si Optati Milevitani Lib. 2.

4um Mulier quaedam Macedonianae sectae, catholicam se esse simulans, tempore Mysteriorum, ab ancilla sanctissimam hostiam sumens, ac dentibus corrodens illico lapidis instar obduruit, quae miraculo erga se patrato cognito, culpam suam Eppo est ac poena Dei liberata, lapidem materiae prorsus ignotae, vestigia morsus praeseferentem Eppo ostendit exhibebit. Testem: Sozomeni Lib. 8. Hist. c. 5.

5um Sergenti quodam Graeciarum partibus Agapito hujus

Sacrae

Romanae Ecclesiae Pontifice, curandus oblatus est mutus et claudus, qui neque ulla verba edere, neque extra unquam surgere valebat. Cumque, qui eum obtulerant propinqui, fixam salutis illius spem habere se dicerent protinus verecundus vir orationi incubuit et missarum solenniarum exorsus, sacrificium in conspectu Dei immolavit. Quo peracto ab altari exiens, claudi manum tenuit atque assistente et aspiciente populo eum mox a terra in propriis gressibus erexit: cumque ei dominicum Corpus in os mitteret, illa diu muta ad loquendum lingua, soluta est. Miserati omnes flere prae gaudio coeperunt, eorumque mentes illico metus et reverentia invasit. Test: Gregorii Magni Libro 3º capite 7º.

6ᵐ Vetus est consuetudo Constantinopoli, ut quoties ex sacris partibus immaculati Corporis Xti Dei nostri magnus numerus superfuit pueri impuberes evocantur qui eas manducent. Igitur eo tempore cum audissent una cum aliis pueris convocatus est filius vitrarii cujusdam, qua secta fuit judaica. Hic puer parentibus causam morae ex ipso sciscitantibus, id quod factum fuerat exposuit, et quod una cum reliquis pueris degustasset. Pater ira atque indignatione succensus illico filium correptum in fornacem ardentem conjecit, in qua vitrum formare consueverat. Mater vero puerum quaeritans, cum reperire non posset, per totam urbem circuibat plorans atque ejulans 3º demum die ad ostium officinae mariti sui stans, filium nominatim inclamare coepit, flens ac se ipsam

macerans. Tum puer agnita matris voce ei respondit ex fornace, statimque mater perfractis foribus introgressa puerum inter carbones stantem vidit, quem ignes nulla tenus ambusserat. Qui postea interrogatus, quo nam modo ~~ill~~ illaesus permansisset, mulierem quemdam purpura indutam veste crebro ad ipsum ventitasse dixit: et aquam ipsi ~~porr~~ porrexisse, et carbones qui coram ipsum erant extinxisse, cibum quoque esurienti praebuisse. Quae cum nunciata essent, Justiniano Imperatori Puerum simul cum Matrem regenerationis lavacro dicavit Deo. Patrem vero Iudaeana Religionis sacramenta recipere recusantem tanquam proprii filii interfectorem, in Sycense suburbio Crucis suffigi praecepit. Test: Evagrius Lib. 4° Hist Eccl[iastic]ae.

7° Osias rex, cum non esset sacerdos, et sacrificare vellet lepra punitur a Deo. Lib: II Paralipo: c. 26. v. 19.

8° Saul ob eandem causam ex non paucorum opinione a Deo rejectus et regno suo privatus est. Lib. 1° Regum c. 13. v. 13.

~~Anoblatio Xti in cruce erat verum proprie dictum sacrificium?~~

Oblatio Xti in cruce erat verum ac proprie dictum sacrificium, in quo Xtus erat Sacerdos, et idem ipse victima, secundum illud ad Ephe c. 5. v. 2. Tradidit se ipsum oblationem et hostiam. Altare erat Crux, aderat institutio Dei, qui posuerat eum sacerdotem maximum,

ut sanguine suo interveniret, pro nostra salute, occidit se moraliter, in isto sensu, quod mortem sibi illatam, quam effugere poterat, acceptando, libere et sponte, sicuti volu it sustinuit.

Quis nam principalis offerens sit in Missae sacrificio. Quaenam principalis res oblata? Et quo modo nam sacri ficium missae, distinguatur a sacrificio crucis? Princi palis offerens in Missae sacrificio est Xtus, principalis vero oblata est corpus et sanguis Xti Domini: Distinguitur ta men sacrificium illud a sacrificio Crucis 1º quo ad modum ritum, nam in cruce erat cruentum, et fiebat per actio nem physice destructionem Xti; hic est incruentum, et fit per actionem moraliter tantum, tamen d. ponatur ani ma, sic corpus et sanguis simul. Corpus autem sine san guine et anima non intelligitur vivere, nec solus sang sine anima et corpore. 2º Quo ad speciem externam, n in cruce erat sub propria forma Xti, hic sub formas panis et vini. 3º quo ad accidentalia rei oblatae, nam in Cru offerebatur Xtus mortalis, impossibilis, extensus et hic immortalis et 4º quo ad partem rei oblatae, nam in Cru non offerebatur solus Xtus hic pars rei oblatae est pa nis et vinum 5º Quo ad proximum offerentem in cr ce offerebat solus Xtus per se ipsum, hic offert per sa

cerdotem

instrumentaliter operantem. 6to Quo ad effectum moralem in cruce erat meritorium, hic non est ex parte Xti meritorium, cum Xus sit extra statum viae et tamen applicationem meriti. 7o Quo ad significatio

Jus Canonicum.

Jus canonicum dividitur in publicum et privatum. Jus canonicum publicum est, in quo leges tractantur, quae relationem inter superiores et subditos Ecclesiae membra, scilicet eorum jura obligationes determinant; de his inferius. Jus canonicum privatum est, ubi jura et obligationes singulorum membrorum Ecclesiae recensentur. — Jus canonicum privatum dividitur in 3es Sectiones. Sectio 1a agit de his, quae ad statum personarum Ecclesiasticarum ad officia et beneficia Ecclesiastica pertinent. 2a agit de rebus Ecclesiasticis. 3a De judiciis Ecclesiasticis.

Sectio 1a De Impedimentis removendis ab ordinatione.

Caput primum De Censuris in Genere.

Quid est Censura et quotuplex? Censura est poena spiritualis, qua homini baptizato delinquenti ac contumaci quorumdam spiritualium bonorum usus aufertur ab Ecclesia donec a contumacia recedat. Dividitur 1o Censura ut genus in species in Excommunicationem, Suspensionem et interdictum 2o Dividitur in eam, quae est ab homine, et eam quae est a jure. 3o Dividitur, in justam et injustam validam et invalidam seu nullam. 4o Dividitur Censura in eam, quae est latae, et eam quae ferendae sententiae. 4o in reservatam et non reservatam, gravem et minus gravem, de quibus infra et quidem. —

d/.

1ª Censura excommunicationis est ea, quae privat baptizatum communione bonorum Ecclesiae v. ex tato v. ex parte. Censura suspensionis est quae Clerico. Censura interdicti est ea, quae prohibet usum quorumdam rerum Divinarum, quatenus eae a fidelibus possideri possint.

2º Censura ab homine ea est, quae fertur ex causa et facto particulari, in certam ac determinatam personam, sive haec judici cognita sit, ut cum nominatim excommunicatur ~~nibus~~ aliquis nisi intra mensem satisfaciat, sive sit incognita, ut cum dicitur excommunicatus esto, qui tale incendiarum cognovit, nisi post ultimam monitorii promulgationem eundem duceret.

3º Censura latae sententiae ea est, quae contrahitur ipso facto, seu sola criminis admissione absque alia judicis sententia. Censura ferendae sententiae, quae etiam dicitur comminatoria, ea est, quam superior comminatur infligendam, sed quae non incurritur nisi nova accedat judicis sententia.

4º Censura justa est ea, quae undequaque legitime lata, ita ut nihil ei, qui ipsam tulit exprobrari possit. Validis est, quae fertur 1º ab habente potestatem. 2º in hominem subditum. 3º ex causa sufficienter probata. 4º Servato juris ordine substantiali et accidentali.

Scholion. haec Censura semper valida est in foro exteriori, aliquando potest esse invalida coram Deo, ut si feratur adversus eum, qui juridice convictus, fecit de crimine, quod se ipsa non admisit.

5° Censura injusta ea est, cui deest aliqua ex 4or condi-
tionibus mox innumeratis, et haec 2a est injusta va-
lida et injusta invalida. Injusta valida est, cui deest ali-
quid accidentale nihil vero eorum, quae essentialiter requirun-
tur; talis ea est, quae fertur ab homine habente potestatem
ob sufficientem causam sed ex malo motivo, aut neglecto
ordine juris accidentali v. g. si non praecepit trina moni-
tio canonica v. una pro 3bus. Injusta invalida seu nul-
la ea est, cui deest aliquid essentiale v. ex parte judicis, qui
caret jurisdictione, sive ex parte subditi, cujus culpa vel evi-
denter nulla sit v. non sufficienter probata, sive ex parte
juris, cujus ordo substantialis neglectus fuerit, ut si nulla
praemissa fuerit monitio.

Scholion. Censura injusta ex parte excommunicantis
v. g. ab ira v. odio excommunicat, aut formalitates acci-
dentales omittit, dummodo essentiales habet tantum effec-
tum suum, et vere ligat, unde qui in tali casu celebrat poenas
canonum incurrit, et irregularis efficitur, quod patet etiam
ex Gregorio Magno et Urbano 1°. Unde etiam haec manavit
axioma Juris: Sententia pastoris, sive justa, sive injusta
fuerit timenda est.

Scholion. 2m Censura injusta potest esse aut evidenter nulla
aut tantum ex parte rei nulla etiam et non evidenter. Est
evidenter nulla, si v. g. lata est post appellationem legi-
timam, aut continet errorem intollerabilem, ut si diceretur
Excommunico te, quia credis in Deum. In his duobus casibus
censura nec coram Deo ligat, nec coram hominibus,

quia

nullitas ejus a nemine in dubium revocari potest. Vel censura licet a parte rei est nulla, non est tamen evidenter nulla, et tunc is in quem lata fuit, tenetur sub peccato, quaerere aliquod juris remedium, nempe ad superiorem confugere, alias peccat non ideo, quia non paret sententiae invalidae, sed ideo quia non paret Ecclesiae, quae praecepit, ut sic censuratus utatur remediis jure praescriptis. Quodsi remedia invenire non potest quia juridice probatur nocens, tunc debet 1º humiliter sustinere censuram. 2º debet in foro exteriori abstinere ab omnibus quae vere excommunicatis prohibita sunt.

Quaenam sit differentia censura ab irregularitate? Differentia censurarum ab irregularitate est haec 1º irregularitas omnis primario constituitur, ut indecentia et inhabilitas, censura autem primario constituitur ut poena. 2º censura primario etiam decernitur ad corrigendos fideles, non item irregularitas: in qua si quis tantum peccatorum suorum poenitentiam agat humiliter permanere possit. 3º censurae per absolutionem, irregularitates per dispensationem tolluntur. Ita est romanae Ecclesiae stylus, ut cui concreditur facultas absolvendi a censuris, ei non censeatur concessa facultas absolvendi a censuris irregularitatibus: Ergo cum stylus curiae jus faciat consequens est quod irregularitas distinguatur a censuris

Quae est differentia inter censuram ab homine, et inter censuram a jure latae? Differentia est haec 1º quod censura semper a jure ligat transgressores, donec lex illam decernens abrogetur, censura vero ab homine eos, quos necdum ligavit, ligare jam non possit statim ac superior, qui eam tulit potestat

sua volens vel nolens, spoliatus est. 2o quod censura ab homine semper reservata sit, non autem quae a jure nisi reservatio exprimatur. 3o quod censura a jure eos etiam ligare possit, qui legislatori subjecti non erant, quo tempore censura primum lata est, censura vero ab homine, eos solum afficiat, qui legislatori subjecti erant cum censuram tollit: ratio est, quia censura ab homine fertur per modum imperii, imperium autem ad praesentes solum dirigatur.

Ita 1a. censura latae sententiae ex his cognoscitur particulis ipso jure ipso facto, eo ipso statim mox ilico latae sententiae confestim, ex tunc subjaceat excommunicationis, sit excommunicatus, item censura latae sententiae cognoscitur ex verbis praesentis aut praeteriti temporis. v.g. excommunicatur suspendimus, suspensus est, noverit se excommunicatum: cognoscitur etiam per verba temporis imperativi, ut excommunicationi subjaceat.

Scholion In dubiis an verbum sit imperativi vel optativi modi, hoc absurdum est, pro imperativo qui ex jure lex imperat, non optat, unde haec forma anathema sit videtur esse latae sententiae.

Ita 2a censura ferendae sententiae his terminis exprimi solet: sub poena excommunicationis, suspensionis, nisi aliud ex adjunctis colligatur, sub interminatione anathematis, item verba futurum tempus significantia decernimus excommunicandum, suspendendum etc. –

Scholion In dubio termini judicandi sunt nonnisi ferendae sententiae, quia in poenis benignior interpraetatio facienda est. ergo ad

Praenotatur. Xtus nullam per se instituit censuram, quia instituere censuras est determinare quando et quibus bonis spoliare debeant hi aut alii peccatores; sed nullus est Sacrae scripturae locus, qui Xtum id perstitisse dicat. Ecclesia tantum a Xto accepit potestatem ferendi censuras, quae non sunt solum poenae aeternae sed spirituales: Siquidem dixit Petro tibi dabo claves regni coelorum, et quodcunque ligaveris super terram erit ligatum et in coelis. Math: c. 16o et quod speciatim Petro est praemissum, salvo ejus primatu promittitur omnibus Apostolis, iis enim dicitur: Amen dico vobis, quaecunque aligaveritis super terram etc. Et versu praecedenti in eodem capite, si Ecclesiam non audierit, sit sicut Ethnicus et publicanus. Potestatem ferendi censuras; agnovit in se Paulus quid vultis, in virga veniam ad vos, an in charitate, et Spiritu mansuetudinis. 1a ad Corint. c. 4o et, ea usus est virga in aetuosos, tum jam judicavi eum, qui sic operatus est. — cum virtute Domini nostri Jesu Xti tradere hujusmodi satanae in interitum carnis.

Xa 1a Potestas jurisdictionis instituendi censuras 3ex est nempe ordinaria delegata et subdelegata. Ordinaria ea est, quae alicui ratione officii ipsius competit et ab eo exercetur nomine propria. Delegata quae confertur alicui ab habente ordinariam. Subdelegata, quae committitur alicui ab habente delegatam cum jure subdelegandi

Ita 2da Ordinaria potestas est, alia fori interni, quae prima=
rio versetur circa solvenda quoad culpam peccata solve.
Alia fori externi, quae exercetur in invitos aut inter partes
contradicentes, et vocatur contentiosa.
Quisnam potest ferre censuras? Potestas ordinaria ferendi censu=
ras de jure communi residet. 1o In summo pontifice, quia ordina=
rius est super omnes mundi Christianos. 2o In Eppis, quo nomine in=
telliguntur Archieppi et ~~Parochi~~ Patriarchae. 3o In vicario
Eppi, quia unum est Eppi et Vicarii Tribunal. 4o In vicariis
et officialibus capituli, cum sedes vacat. 5o In praelatis Reli=
gionum, ut sunt Abbates, Provinciales Guardiani, Priores, et hoc
procedit de jure communi. 6o In conciliis generalibus erga totam
Ecclesiam, et Provincialibus erga totam provinciam solam. 7o In=
iis, quia jura habent Epalia, ut cardinales in propriis suis
Titulis.

Corolarium Parochi vero de jure communi censuras ferre non possunt
ut docent Sus Thomas et Sus Bonaventura, quia censuras ferre per=
tinet ad jurisdictionem fori contentiosi, unde et ad eas requiri=
tur strepitus judicialis, sed simplices curati forum contentio
sum de jure communi non habent ergo.

Quomodo acquiri potest potestas censuras ferendi? Facultas cen=
suras ferendi acquiri potest 1o Praescriptione, ad hanc vero
praescriptionem requiritur tempus 40 annorum, cum
titulo colorato 2o consuetudine 3o Privilegio.
An potest quis finita delegatione ferre censuram, et an dele=
gatio expirat morte delegantis?

Non valet censura ab eo lata, ad quem perit delegationis sae revocatio, quia jam caret jurisdictione, quod si censuram ferat, antequam revocationis notitiam habere potuerit, valebit censura, nisi deligens expresse contrarium intendat: Delegatio definitur per mortem naturalem aut civilem delegantis.

* Quae requiruntur conditiones, ut quis licite censuram ferat? Requiritur 1o Ut jurisdictionem ab omni effectu pravo liber sit. 2o Ut immunis sit a censuris eisve impedimentis, quae licet censuram non irritent, efficiant tantum ut illegitime ferantur. 3o Ut servaret formalitates, quae licet essentiales non sint jure tantum praescribuntantur. 4o Ut peccato non ita gravi graviorem censuram non irroget: multa enim in rigore licent, quae etiam non expediunt.

\+ Quaenam conditiones requiruntur, ut quis censuram Valide ferat? requiruntur 1o Ut jurisdictionem habeat eam non impeditam seu appellatione legitima, seu voluntate superioris seu excommunicatione Majori. 2o Ut qui fert censuram, non ferat eam in propria causa, quia id sacris regulis prohibetur, et quia nullus unquam potest esse accusator et judex et testis.

Quisne aliquando propria in causa censuris uti? Licet et quidem 1o si id fiat per modum deffensionis in eum qui violentiam infert, quia vim vi repellere licet. 2o Ubi causa tum publica est ac manifesta, ut nec negari possit nec ullo examine indigeat.

\+ An valeat censura lata ex metu gravi, qui libertatem non tollit? valet, quia actus ex metu gravi factus, jure naturali validus est, si est voluntarius simpliciter, nisi jure positivo irritetur, sed nullum est jus positivum, quod irritet censuras a judice per metum coacto latas.

Quam ob causam ferri possit censura? 1o ad censuram graviorem praerequiritur peccatum grave, veniale ad leviorem. 2o Requiritur peccatum externum. 3o Requiritur peccatum completum 4o ad excommunicationem majorem requiritur peccatum proprium vel committendum, si censura sit a jure vel jam commissum et perseverans, si censura sit ab homine. — Ex his principiis sequentia fluunt corollaria.

Corollarium 1m censuras incurrit, qui externus licet occulte crimen sub censura prohibitum committit e.g. clam legendo libros prohibitos, hoc enim peccatum nonnisi per accidens occultum est enim et natura sua habet, quod manifestum fieri possit

Corollarium 2^m^ Easdem censuras non incurrit, qui ponit actum quidem exterius malum, sed tantum ea carentem malitia, quae sub censura prohibetur. Unde qui ex necessitate laborat die festo, quod vetitum est in eo loco sub censura a censura liber est, sic quoque qui exterius sive metu, sive aliter profitetur, haeresim quam corde non tenet, non subjacet censura contra haereticos lata.

Corollarium 3^m^ Non incurritur censura, si actus exterius ab actu interiori malo procedit, modo eum non plene, et ambigue significet. Hinc est qui manducat carnes die veneris, qui haereticis judicet abstinentiam ab Ecclesia praecipi non potuisse, non subjacet censurae contra haereticos latae, nisi aliunde errorem suum manifestet, comestionem enim carnis in die jejunii non est efficiens haereseos signum.

Corollarium 4^m^ Si lata est censura contra homicidia, qui homicidium attentavit sed non perfecit ob impedimentum quodcunque, censuram non incurrit.

Corollarium 5^m^ censura sub conditione lata v. g. in eos qui domum de proditate sunt hoc tempore, etiam si reus fortunam mutet, quam per judicis sententiam praeventus est.

Corollarium 6um si non solum actio, sed et conatus ejus sub censura prohibeatur incurritur censura, quin actio jam completa est quantum requirit. Sic Parisiis reservata est sodomia. Sodomia et bestialitas, actum per se ad id ducente tentata, unde etiam ad duellum, qui provocat illud et acceptant, sunt ipso facto excommunicati, etiam si non sequatur conflictus.

Corollarium 7um Non omnis censura ob quodlibet voluntarium, etiam ad mortale sufficiens incurritur, plus etiam requiritur voluntarii, cum lex ait: qui temere hoc fecerit: qui hoc ausus fuerit; qui scienter vel ex contemptu hoc fecerit anathema obstrictus esto: quam cum lex illis verbis non utitur.

An multi qui devastassent vineam, ita, ut tamen eorum nemo tot uvas abstulisset latae, quod ad peccatum mortale sufficeret, subjacere possint gravi censurae contra eos, qui non restituerint latae? Affirmative id quo etiam non uno consilio, sed independenter a se invicem gravi illud damnum intulerint modo gravitatis ejus notitiam habeant. Ratio quia etsi singuli venialiter peccaverint uvas furando, vel cum illis tamen notum est grave illatum damnum fuisse proximo, quod quidem reparari nequit nisi singuli restituant.

Quisnam potest esse subjectum censurae? Subjectum censurae est nonnisi viator baptizatus et doli capax, et qui subjectus est, ei, a quo censurae feruntur: quia ubi non est subjectio, ibi nec jurisdictio esse potest; et censura sine jurisdictione ferri nequit.

An qui mandant, consulunt, crimen subjaciant censurae latae contra ipsos executores? Non subjacent huic censurae, nisi explicite vel implicite in lege contineantur. quia in poenalibus ut sunt censurae, stricta debet interpretatio fieri ab uno ad aliud non valet illatio. Mandantes etiam in lege contenti non incurrunt censuram, cum in effectum non influant, nisi censura ferat vel adversus mandantes independenter ab effectu.

Quae est forma censurae? Forma censurae sunt ritus essentiales et accidentales qui in ferenda censura debent, ut monitiones, si quae et denuntiationes.

Quid sit monitio et num ad censuras ferendas praerequiritur monitio? Monitio est declaratio a superiore facta, quod, qui tali legi vel sententiae non obedierit talem poenam incurrat vel incurrere mereatur, si superior moneat per ipsam legem, monitio vocatur solemnis. Si moneat per sententiam, et omnes servat juris formalitates, tum monitio vocatur canonica vel ca-

dem non servat, et non monitio vocatur non canonica.
Ad censuras, quae pro delictis praeteritis feruntur sen-
tentialiter, requiritur monitio non tamen canonica.

Quomodo fieri debeat monitio? Monitio ut sit cano-
nica debet 3bus vicibus vel una saltem vice pro 3bus
fieri, exprimendo, quod haec pro 3bus valitura sit.

Utrum monitio debeat esse personalis? Si persona cogni-
ta non sit, satis est ut monitio fiat in loco publico,
unde ad delinquentium notitiam pervenire possit, si vero
neque a judice cognita sit, tunc monitio personaliter
facienda est.

An Parochus vel alius quilibet accepto a superiore mandato, de fa-
cienda alicujus excommunicationis denuntiatione, possit eam
committere vel differre? 1° Executor qui certe scit sententiam
manifeste injustam esse, eamdem nec potest nec debet executioni
mandare. 2° Si executori constet sententiam licet in veri-
tate injustam, eo quod v.g. lata est contra eum, quem
privata scientia insontem esse novit, secundum tamen
et proba justa esse potest, nequit et debet idem exe-
cutor superiori parere et eam denuntiare. 3° Si sententia
sit formaliter injusta id est lata contra ordinem sub-
stantialem juris et id ignoret ille, ejus provinciae exe-
quendae demandatur, vel etiam de eo dubitet, tunc-

in utroque casu, quantum vis noverit privata ex scientia sententiam sententiam materialiter injustam esse. Judici parere debet juxta laudatos Theologos.

Quae nam sunt causae a censura excusantes? Causae a censura excusantes sunt, necessitas, impotentia, ignorantia invincibilis juris sive facti etiam ignorantia concomitans, si non esset invincibilis sit excusata censura. Ille qui invincibiliter credit feram esse v. laicum licet clericus sit, occidere paratus; diceret quem habens occiderem clericum mihi inimicum sicut hunc occido eximitur a censura. Secus si occideret volo hunc occidere si laicus sive clericus sit. Acc. tunc occisio clericitatis involuntaria est.

Ita. Metus v. est levis, is q. nec a peccato nec a censura excusat v. gravis, et hic incutitur in contemptum ecclesiae v. non quibus prositis quaeritur.

An metus excusat a censura? Si res, quae ex metu gravi agitur prohibita sit solum jure Ecclesiastico qui eam fecit, non incurrit censuram. Si res quae fit ex metu non ecclesiastico, solum divino et naturali jure vetita sit probabilius incurrit censuram.

An consensus illius in cujus favorem lata est censura conditionalis, possit eam suspendere, et an appellatio excusat a censura? Consensus suspendit censuram conditionalem; appellatio legitima excusat a censura con-

dicionali, modo appellatio fiat ante lapsum temporis ad implendam conditionem concessi. Appellatio legitima a censura jure jam lata eam non suspendit, idem est de censura condicionali, post condicionis eventum.

Quis absolvere possit a Censuris? In articulo mortis omnes sacerdotes, quoslibet poenitentes a quibusvis peccatis aut censuris absolvere possunt, ne scilicet quis pereat, ita Trid. sess. 14. c. 7. Ratio est, quia in illo casu omnes sacerdotes jurisdictionem habent, ut patet ex Const. Ecclesiae usu.

Potestne sacerdos non approbatus in articulo mortis absolvere, cum parochus sit proprius sacerdos, aut alter approbatus, v. cum absolutio censuris per litteras a superiore obtineri potest? Non potest 1° quia Rituale Pauli 5ti sic habet si periculum mortis immineat approbatus desit, quilibet sacerdos poterit, a quibuscunque censuris et peccatis absolvere. 2° Synodus Tridentina non permisit in decreto, unquam cuilibet praesbitero, ut in articulo mortis absolveret, nisi cum abesset superior aut sacerdos approbatus.

Quodsi confessio non approbato fieri coeperit, ut superveniat approbatus, poterit prior continuare et absolutionem largiri 1° Quia Tridentinum permittens, ut quilibet sacerdos in periculo mortis absolvat non restringit facultatem, tamen usque ad adventum superioris, alteriusve sacerdotis approbati. 2° quia jurisdictio delegata, contine-

atur

ce non integra ~~ac non~~ nisi revocetur. Porro sacerdos approbatus aut superiorem jurisdictionem ab Ecclesia ipsa concessam vocare non potest.

Caeterum confessarius, qui aliquem in articulo mortis a censuris absolvit debet curare 1o Ut poenitens ubi satisfacere potest. 2o Ut saltem cautionem, et etiam juramentum praestet de satisfaciendo aut haeredes suos ad damni quod ipse intulit reparationem, instrumento quantum fieri poterit autentico cogat. 3o Jure communi obligatus est poenitens ut sublato impedimento propter quod ab eo, qui alium incapax erat, absolutus fuit; quam primum commode poterit se praesentet superiori, qui de jure extra illud periculum absolvere poterat. aliaquin in eandem sententiam recidet ipso jure pro ut statuit Bonifacius 8us.

An simplex sacerdos possit in articulo mortis omnes personas censuras relaxare? Non quia a concilio Tridentino ideo sola ~~m~~ facultatem absolvendi in articulo mortis concedit, ne quis pereat; ~~Ut~~ sed ut aliquis non pereat, satis est ut absolvatur, ab iis censuris, quarum occasione gratiam Dei consequi non potest, quales sunt excommunicatio et interdictum personale, ex quo patet a contrario, necessarium non est, ut ei relaxetur irregularitas suspensio ab ordine officio ac vero beneficio.

<u>Nota</u> Censurae vel relaxantur in foro interiori vel in foro exteriori. 2o sunt ab homine vel a jure. 3o vel sunt reservatae, vel non. 4o vel sunt perpetuum vel ad tempus ut aliquae suspensiones, quae non tam sunt censurae quam poenae.

Quod sint censurae a Eppis reservatae? 1o In toto juris corpore juncta synodo Tridentina, una est Haereseos censura, quae ita Eppis reservata sit ut eis solis in foro conscientiae tantum non eorum vicariis ab ea absolvere sit permissum. 2o Censurae omnes quae cum publicae sint reservantur papae reservantur Eppo cum sunt occultae: idem est de censuris etiam publicis cum qui iis ligati sunt ad apostolicam sedem recurrere non possunt. 3o Tres sunt in decretalibus excommunicationes, quarum absolutio Epis reservata sit, sed cum quadem limitatione. 1a est ea, quam incurrunt clericorum percussores. 2a quam incurrunt ~~in~~ incendiarii. 3o quam incurrunt, qui cum effractione spoliant ecclesias. Ab his de jure absolvere possunt Epi per se vel per delegatos sed cum restrictione, nam qui clericum percussit atrociter, a solo papa absolvi potest, si per censes ad eum recurrere possit. Incendiarius vero, et Ecclesiarum cum effractione spoliator ab Epo absolvi non possunt, si sint denuntiati. Quod spectat ad alias censuras Epis per eorum statuta reservatas consulere debent confessarii, libros rituales Dioecesis in qua versantur.

B.

1a Est contra eos, qui suadente diabolo in clericum vel monachum violentas manus injecerint. 2a Contra excommunicatos esse delegato papae, qui per annum in excommunicatione remanent, nec absolutionem obtinere satagunt. 3a contra falsarios litterarum pontificalium, qui per se vel per alios vitium falsitatis exercent. 4a contra non resignantes vel non destruentes has litteras falsas intra 20 dies. 5a contra incendiarios ex quo sunt per Ecclesiae sententiam publicati. 6a contra qui cum effractione spoliant ecclesias, si sunt denunciati. 7a contra clericos, qui scienter et sponte participaverunt excommunicatis a Papa, et eos in officiis receperunt. 8a contra eligentes in sanctorum Romanum aliquem imperatorem, regem, comitem, aut alium dignitate praecellentem, aut fratrem aut filium ejus. 9a contra dantes licentiam capiendi, interficiendi aut vexandi personas aulicalorum, aut eorum facultates, aut suorum eo quod tulerint excommunicationis, suspensionis aut interdicti sententiam in priores, et quascunque alias et eorum ministros. 10a contra insequentes, persequentes vel capientes hostiliter cardinalem vel auxilium, vel favorem dantes ad illud exequendum. 11a contra eum qui

quamvis pontificem injuriose, & temere percusserit, aut ceperit laniaverit, vel haec mandaverit fieri, aut facta ab aliis rata habuerit. 12a contra inquisitores, qui odii gratiae & amoris, lucri aut commodi temporalis obtentu, in officio negligentes fuerint aut injusti. 13a contra religiosos, qui non habitas super his parochialis presbyteri licentia, praesumunt administrare sacramenta, unctionis extremae, et Eucharistiae, matrimonium & celebrare, seu absolvere, excommunicatos a canone, praeter quam a casibus, qui iis concessi sunt vel a sententiis per statuta provincialia, aut synodalia promulgatis. 14a contra prohibentes, ne excommunicati denuntiati ab Ecclesia exeant, tempore missae et divini officii. 15a contra excommunicatos et interdictos inobedientes, a celebrantibus monitos, ut ab ecclesia exeant. 16a contra Dominos Temporales cogentes celebrare, in Ecclesia interdicta. 17a. contra religiosos et Clericos, qui aliquem inducunt ad [illegible] vovendum ut sepulturam apud eorum Ecclesias eligant. 18a contra violentes interdicta ab apostolica sede imposita. 19a contra conspirantes in personam Romani Pontificis. 20a contra asserentes esse haereticum qui dicit B.V. esse conceptam sine peccato et

vici versa. 21ª Contra religiosos mendicantes, transeuntes ad alium ordinem non mendicantem sine licentia papae excepto cartusiensium ordine. 22ª Contra absolventes, sine licentia ab Excommunicatione papae reservata. 23ª Contra comitentes simoniam et eorum mediatores. 24ª Contra eos qui aliquid dant v/ promittunt ad optinendam a sacra sede rescripta gratiae et justitiae aut qui iis sic optentis utuntur. 25ª Contra ferentes censuras in subditos, qui sedem apostolicam pro suis negotiis prosequendis adeunt. 26. Contra deferentes arma equos, victualia, et alia quaecunque mercimonia in Alexandriam, et alia loca Saracenorum Terrae Egypti. 27ª Contra exigentes, et etiam dantes pactus pecunia v/ jocalia pro religionis ingressu. 28. Contra religiosos qui sine licentia superioris transferunt se ad partes Transmarinas: Etiam contra superiores, qui aliis, quam viris litteralis providis et ex probitis licentiam dandi illud eundi concedunt. 29ª Contra reos criminum haeresis.

An absolvi possit invitus? quis est invitus, quia non vult a contumatia recedere, v/ quia licet resipuit a contumatia, non vult absolutionem petere; Si secundum modum valide absolvi potest, quia censura non est culpa sed

poena, et sic a volente auferri potest. Excipitur si
poenitens absolveretur vi bullae v/ privilegii in ipsi=
us poenitentis favorem concessi; quia usus privilegii pen=
det a voluntate illius in cujus gratiam concessum est. Si
1mo v/ peccatum in quo reus contumaciter perseverat sine
actu non consistit, sed tractum habet ad successivum,
ut haeresis, v/ peccatum illud ipso facto completur, ut for=
nicatio. In priori casu non potest tolli censura rema=
nente contumacia, nisi lex suspendatur, unde tunc, is solum
a censura absolvere potest, qui potest legem tollere. In 2o
casu habens ordinariam absolvendi potestatem absolvere
potest etiam invitum, nam jurisdictionem habet.

An una censura auferri possit remanente alia? affirmative, quia
nulla est inter censuras connexio: Unde ut una ante aliam ferri
sic una ante aliam aufferri possit.

An absolutio a censuris dari possit non data absolutione a pec=
catis? quia habet potestatem ordinariam v/ delegatam
potest a censuris absolvere extra confessionem idque v/ in foro
fori, v/ in foro conscientiae v/ utroque

An valeat absolutio censurae per vim, metum, dolum aut
errorem extorta? Absolutio data per vim aut metum gravem
injuriosam, a quocunque incussum, ad optinendam absolutionem
invalida est, etiam si de minore excommunicatione agatur:
Ratio est, quia haec absolutio irritatur a jure, et quia

non licet, ut qui Ecclesiae injuriam facit, ab ea benefici-
um reportet. Quod si autem error dolus non sint in re sub-
stantiali, sed solum impulsiva, valebit absolutio ut si absol-
vendus causas aliquas accidentales fingat, quo magis alliciat
judicis animum.

Cui detur absolutio ad cautellam? Datur 1º ei qui dubitat
utrum excommunicationem incurrerit. 2º cuilibet poeni-
tenti antequam absolvetur a peccatis, ut tollatur recipi-
endi sacramenti impedimentum, si quod forte subesset. 3º
non excommunicato sed et ei etiam, qui ab ordine, officio,
vel beneficio suspensus est, aut qui personaliter interdictus
fuerit.

Sectio 2a

De Excommunicatione.

Quid sit excommunicatio et quotuplex? est censura privans
baptizatum communione bonorum Ecclesiae vel ex toto vel ex par-
te. Estque 2ex major et minor. Major, quae communibus Eccl.
bonis privat ex toto, et quantum potest. Minor quae aliquibus
tantum Ecclesiae bonis privat idest passiva sacramentorum
receptione et electione passiva ad beneficium.

Quod sunt effectus excommunicationis majoris? alii sunt
per se, quos excommunicatio, solitarie sumpta producit, et
hi numerantur 10. Ut 1º Privatio suffragiorum Ecclesiae 2º Pri-
vatio activa et passiva sacramentorum. 3º Inhabilitas ad
ordines suscipiendos, et eorumdem usus. 4º Privatio

rerum sacrarum. 5° Privatio jurisdictionis Ecclesiasticae. 6° inhabilitas ad exercendos actus legitimos in judicio. 7° inhabilitas ad conferenda beneficia & Ecclesiastica. 8° Ad eamdem obtinenda eorumque fructus incapacitas. 9° Inhabilitas ad obtinendum rescriptum sive privilegium. 10° Privatio communionis civilis et forensis cum ceteris fidelibus. alii per accidens, qui nonnam in excommunicatione malitiam et contumaciae augmentum supponunt. Talis est irregularitas, quam contrahit Clericus, qui excommunicatione ligatus celebrat.

Quotuplex sit distinctio inter excommunicatos? 2ex. Excommunicati non tollerati dicuntur, qui per sententiam judicis nominatim declarati sunt excommunicati, et ideo sunt vitandi. Tollerati vero, qui nominatim non sunt denuntiati, nec sunt vitandi. Non tolleratorum actus, qui ex jurisdictione omnino pendent, ut absolutio sacramentalis, beneficiorum, provisiones, prorsus irriti tolleratorum vero validi.

Quaenam sunt suffragia Ecclesiae, quibus excommunicati privantur? Communia Ecclesiae, suffragia, sacrificia, orationes, indulgentiae, jejunia, et alia opera satisfactoria, quae offeruntur nomine Ecclesiae, et his omnibus privatur excommunicatus etiam tolleratus. Ano[illegible] eodem titulo colligitur nec orandum, nec sacrificium offerendum pro excommunicato, quantumcunque contritto, nisi prius ab Ecclesia

fuerit absolutus. Quod si ante absolutionem morte fuerit praeventus, prius absolvendus est, quam sepultura Ecclesiastica donetur. Unde graviter peccaret Sacerdos, v. clericus, qui tanquam persona publica et nomine Ecclesiae sacrificium v. horas canonicas directe offert pro hujusmodi excommunicato.

Quid intelligitur nomine sacrarum? nomine rerum sacrarum quibus privatur excommunicatus etiam telleratus, veniunt omnes sacrae functiones, quae ab Ecclesia publice fiunt, ut missarum celebratio, horae canonicae, publicae praeces, processiones, benedictiones, chrysmatis et consecrationes, similesque caeremoniae comitari Eucharistiam dum ad infirmos defertur. Conscientiam tamen excommunicati possunt, privatim Ecclesiae ingredi, et ibi orare, nec modo possunt, verum etiam tenentur orare, praeces debitas persolvere, horas canonicas, si clerici in sacris constituti sunt recitare sine Dominus vobiscum, aliaquin commodum ex iniquitate reportarent, nequeunt tamen in recitandis horis canonicis socium adhibere, absque veniali culpa, rationabili causa sublata, neque missam, licet tollerati sint, audire. Ab omni usu Ecclesiasticae jurisdictionis, privatur excommunicatus, sive telleratus, sive vitandus, utpote, praecisus a corpore Ecclesiae, interest tamen, distinguere acta tollerati esse valida, non tollerati vero invalida.

Quaenam habetur excommunicatio contra percussores Clericorum? Hac capite 29. §. 17. quaest: 4 his verbis siquis suadente Diabolo hujus sacrilegii reatum incurrit, quod in clericum in monachum violentas manus injecerit, anathematis vinculo subjaceat, et nullus Episcoporum illum praesumat absolvere (: nisi mortis urgente periculo:) donec Apostolico conspectui praesentetur et ejus mandatum suscipiat.

Quid sibi velit vox, siquis? Per eam ii omnes intelliguntur, qui censurae capaces sunt vero et foemine, pubeles et impuberes, laici et clerici, aut religiosi, neque excipitur qui Clericum volentem percutit. Eidem poenae subjacet Clericus, qui ex ira se ipsum percutit, mutilat occidit, aut aliam sibi met injuriam irrogat, per actum charitatis quam quisque sibi debet moraliter contrarium. Hic etiam et illi intelliguntur, qui mandant, aut consulunt Clerici percussionem; item qui non obstant cum ex officio tenentur obstare, ac demum qui ratum habent percussionem nomine suo factam, ut ex variis canonibus colligitur.

De excommunicatione minori.

Quid sit minor excommunicatio? Excommunicatio minor est censura privans hominem receptione sacramentorum et voce seu electione passiva, unde qui ea ligatus recipit sacramenta, et beneficia peccat mortaliter, quia facit contra

Ecclesiae

prohibitionem in materia gravi. graviter etiam peccat, tum quia excommunicatio minori sacramenta conferre nisi excusat ignorantia aut scandali alteriusve mali vitandi necessitas, tum quia eundem beneficiarium sciens et volens eligit, praesentat etc., uterque enim violat jus naturale, prohibens ne Ecclesiae bona conferantur indignis. Valida tamen sunt sacramenta, quae hujusmodi indignis conferuntur excepta poenitentia, quia supponitur deesse dolor de peccatis, sine quo poenitentiae sacramentum valide recipi non potest: secus si prius petant conferre absolutionem, aut eam sibi impertiendam esse sciant. Valida item est electio ad beneficium aut ejus collationem.

An peccet excommunicatus minor, si sacramenta conficiat aut administret? Sacerdos minori excommunicatione ligatus peccat mortaliter si missam celebrat, quia qui missam celebrat communicare debet, quidem suscipere sacramentum. Si vero alia sacramenta conferat, videtur non nisi venialiter peccare, quia indecens est, uti qui a sacramentorum susceptione tanquam indignus prohibetur eadem administret.

Quam poenam incurrunt ligati excommunicatione minori sacramenta administrando vel recipiendo? Innundati excommunicatione minori nullam incurrunt irregularitatem

poenam canonicam sive conferendo sive recipiendo Sacra quia nulla est exceptio in jure, deinde iidem interesse possunt divinis officiis, suffragiis frui, absolvere a censuris, actus jurisdictionis exercere.
Quas ob causas incurritur excommunicatio minor? Incurritur ob communicationem non criminosam cum excommunicato non tollerato. Si quis vero communicat in crimine criminoso, hoc est in crimine propter quod quis denuntiatus est excommunicatus, si suadeat excommunicato, ne restituat bona sublata, propter quae excommunicatus est, eandem excommunicationem majorem incurrit.
Quis possit ab ea absolvere? Non modo Epus sed quilibet confessarius approbatus potest ab excommunicatione minori absolvere. Falsa tamen est eorum opinio, qui dicunt simplicem sacerdotem ab ea posse absolvere, nam postquam Innocent. XI vetuit, ne simplex sacerdos absolvat a peccatis venialibus alterum quoque vetitum esse intelligitur.
In quibus actionibus humanis non liceat communicare, cum excommunicatis non telleratis? In sequentibus una disticho expressis: Os, orare, vale, communio mensa negatur. Os significat, confabulationes ~~et locu~~ allocutiones sive nutibus, sive verbo, sive scripto, et qualibet amicitiae signa ut oscula amplexus, quae deneganda sunt excommunicato non tollerato. Orare, declarat orationem cum excom=

municato privatim fundendam. Vale, nequidem honori-
ficam salutationem excommunicato adhibendam v.g. ap-
riendo caput ipsi assequendo. Communio denotat omnem so-
cietatem excommunicato negandam, qui habetur in communi
habitatione, conversatione, in contractibus et aliis exercitiis.
Mensa, significat non comedendum esse cum excommunicato.
Scripsi vobis 1a ad Corinth: c.5. inquit Apostolus, non commis-
ceri, si is, qui frater nominatur est fornicarius, avarus, cu-
jusmodi, nec cibum sumere; et Sanctus Joannes agit: Nolite
recipere eum in Domum, nec ave ei dixeritis, qui enim di-
cit illi ave communicat operibus ejus malignis Epistola 2a
versu 10. et 11. Sunt plures casus in quibus licita est com-
municatio cum excommunicati vitandis continentes in hoc
versu; Utile, lex, humilis, res ignorata necesse. Per
utile intelligitur utilitas sive spiritualis sive temporalis,
propter quam fidelis communicare cum excommunicato pu-
ta, ut eum ad meliorem frugem reducat, ut consilium
aut auxilium recipiat, si non sit alius, a quo recipere
possit. Per vocem lex, intelligitur matrimonium propter
quod licitum est conjugatis communicare, ~~cum~~ interesse
non tamen ~~non~~ in sacris, quamvis alter eorum sit excommu-
nicatus non telleratur. Per humile significatur officium
filiorum et subditorum, qui tenentur obsequi parentibus,
dominis et superioribus, licet excommunicatis non tolle-
ratis.

Per ignorantiam significatur excusandum fidelium, quae ex ignorantia vel inadvertentia communicat cum excommunicato. Necesse designat necessitatem tam excommunicati, quam excommunicantis, aut alterius 3ae personae propter quam jure naturali, et divino tenemur auxilium praestare proximo, v.g. necessaria alimenta ministrare nudum vestire.

Sectio 3a

De suspensione et interdicto.

Quid sit suspensio, quo differt ab aliis censuris, et quomodo dividitur? Est censura, qua Clerico prohibetur exercitium alicui ministerii sacri, vox censura, quae locum habet generis impedit ne peccatum mortale, quod etiam ecclesiastico ministerio privat, sit suspensio, quia non supponit culpam. Vox clerico ostendit suspensionem ratione subjecti, quod afficit, distingui ab aliis censuris, quae etiam saeculares ligare possunt. Per haec verba exercitium ministerii sacri distinguitur suspensio. 1o ab irregularitate, quae per se et primario privat ordinum susceptionem, eorum vero usu non nisi secundario, et per accidens. 2o Depositione et degradatione, quae non modo beneficii et officio

suspendant, sed et ipsam ut ita dicam utriusque substantiae quantum est de se conectunt. 3.° ab ex-communicatione, haec enim privat spiritualibus bonis pro ut importante communicationem cum aliis fidelibus; suspensio vero bonis, pro ut sunt usus potestatis Ecclesiasticae, quae ex propria ratione beneficii vel officii convenit. 4.° Ab interdicto, quod non solum in clericos, sed etiam laicos, non solum in personas, sed et in loca cadere potest, quod quae per se privat usu passivo bonorum ecclesiae officiorum v. g. quibus interdictus interesse non potest. Suspensio alia est medicinalis, quae fertur ut homo resipiscat; alia poenalis quae fertur in vindictam criminis praeteriti. Poenalis, alia est temporalis, quae fertur cum ~~tot~~ limitatione termini v. g. ad biennium, alia indefinita, cui nullum praefigitur tempus, et intelligitur duratura donec aliter superiori visum fuerit. Suspensio autem medicinalis vel est totalis, quae privat bonis omnibus, quibus privare potest, ordine scilicet, officio, beneficio vel est partialis, quae non privat simul his omnibus, sed vero uno tantum, vel duobus, potest enim sacerdos, a missa celebranda, non ab aliis

sacramentis

a praedicatione non a confessione suspendi.
Qui sunt suspensionis effectus? alii sunt per se, privatio nempe beneficii, officii, et ordinis, aut horum omnium simul, alii per accidens, et hi et in suspensum ipsum cadunt et in alios occasione ipsius.
Porro suspensio absolute lata suspendit ab ordine, officio et beneficio, quia nulla est ratio, cur suspensio haec ad unum potius, quam ad aliud limitetur, et quia ut excommunicatio, simpliciter lata intelligitur majore seu totali, sic et suspensio. Unde si superior partialiter solum suspendere vellet, necesse est, ut clare designet, quo ab officio suspendat, alioquin eum totaliter suspendere censebitur. Suspensio ab officio simpliciter ~~lata~~ et absolute lata, privat usu ordinis, jurisdictionis, et omnis ecclesiastici ministerii, quidam Clerico, ut tali exercere postulat. Hinc suspensus nec celebrare, nec sacramenta administrare potest, quia haec sunt actus ordinis. Item non potest censuras ferre, concedere indulgentias, alios ad confessionem approbare, quia haec pertinent ad jurisdictionem. Denique non eligere et similes actus exercere, sive hi in rigore aliquam jurisdictionem includant, sive aliquo

aequivalens, quod clerico, ut tali conceditur seb Ecclesia, et ab eadem auferi possit.
An qui ab officio suspensus est, sit consequenter a beneficio suo, ejusque fructibus suspensus? Suspensus ab officio non est consequenter a beneficio ejusque fructibus suspensus, quia censura dividitur in suspensionem ab officio solum et suspensionem ab officio, simul et beneficio, quae divisio inutilis foret, si suspensio ab officio necessario involverit, eamque et beneficio, in poenalibus enim verba stricte sunt interpretanda, nisi quod subsit, quod contrarium exigat, deinde legislator ab officio simul et beneficio suspendere volens, utrumque exprimit. Sententia est haec communis et certa, modo talis culpa non praecesserit, quae ex se privationem beneficii inducat.

An simpliciter suspensus ab ordine

Verte.

An simpliciter suspensus ab ordine, est suspensus ab omni ordine? suspensus simpliciter ab ordine, suspensus est ab omni ordine, quia nulla est ratio, cur suspensus ab ordine simpliciter potius ab uno, quam ab aliis suspensus dicitur. Suspensus ab ordine superiori, non ideo suspensus est ab inferiori, quia quaedam culpae satis sunt graves, ut a supraemo ministerio nimis vero leves, ut ab infimo arceant, et id veteri disciplinae congruit, juxta quam subdiaconi a gradu suo ejecti, aliquando tamen lectoris, et ostiarii officium exercere poterant. Sed qui suspensus est ab ordine inferiori, est etiam regulariter a superiori suspensus, quia cui non licet, quod minus est, nec ei licere debet quod majus, et quia in functionibus ordinum superiorum, continentur functiones inferiorum v. g. in celebratione missae includitur officium Diaconi et subdiaconi, ex quo sequitur te suspensum ab officio diaconi esse quoque suspensum a celebranda missa.

Utrum suspensus a functione inferiori, a reliquis altioris ordinis functionibus suspenditur? suspensus quis a functione inferiori, ob culpam in ejus exercitio commissam, ut si quis homini Dioecesis alienae, clericalem praesumit confere tonsuram absque Epi ejus licentia, et propterea per annum unum a collatione

clericalis tonsurae suspensus est: si a reliquis altioris ordinis functionibus non suspenditur. Idem dicendum si ordo inferior, a quo quis suspensus est, non includatur in superiore. Unde si Eppus suspensus sit a functio ordinis Episcopalis, qualia sunt ordinum collatio Ecclesiarum et virginum consecratio, sed ea exequi poterit quae sunt ordinis mere sacerdotalis, ut missam celebrare, nam simplex celebratio missae non pertinet ad pontificalia, cum missa ab eis celebretur qui non sunt pontifices.

Num suspensio a beneficio simpliciter lata suspendit ab omnibus beneficiis? quia suspensio haec se habet ad beneficia sicut suspensio ab ordine simpliciter se habet ad omnes ordines: unde si qui plura variis in Dioecesibus possidet beneficia, ab omnibus suspendi potest, quia licet haec omnia beneficia non subjaceant uni Eppo ei tamen subjacent, qui ea omnia possidet, ac proinde ab omnibus suspendi potest, si id meretur. Si tamen Eppus quempiam suspendat nec exprimat se ab omnibus suspendere, credi potest, eum non ab omnibus, sed ab iis solum quae jurisdictioni suae ~~suae~~ subsunt, beneficii suspendere voluisse.

Utrum suspensus privetur ipso beneficii titulo? Is qui a beneficio simpliciter suspensus est, non privatur ipso beneficii titulo, quia ~~title~~ suspensio ipsam rei substantiam non praeimit, alias jam esset depositio non poena medicinalis, imposita solum, donec quis resipiscat.

privatur tamen fructibus beneficii, quia alioquin suspensio nihil circa beneficia operaretur. Hinc qui etiam occulte suspensus a beneficio percipit ejusdem fructus, tenetur in conscientia ad restituendum eosdem.

Utrum possit in favorem resignare, permutare etc.? Suspensus a beneficio, non potest de jure communi beneficium resignare in favorem vel permutare, aut temporalia beneficii bona administrare, aedes etc. locare. Suspensus solum ab iis beneficiis, quae actu possidet, valide et licite aliud beneficium acceptare potest, cum id sibi prohibitum non fuerit, suspensus vero, ab omni prorsus beneficio suspensus est, ut abstineat ab acceptatione alterius beneficii et si acceptavit eidem renunciet, et dispensationem, novamque collationem petat.

An accepta a censuris absolutione remaneat incapacitas ad beneficii possessionem? accepta a censuris absolutione aliquando remanet incapacitas ad possessionem beneficii si in lege censurae expresse fit inhabilitas, ad hoc aut alio numero beneficiorum, uti exprimitur in excommunicatione propter simoniam contractae, talis proinde habilitari per dispensationem debet a summo Pontifice, aut ad tempus, si id gravis exigat ratio ab Eppo.

An censurae eundem circa pensiones, ac circa beneficia operentur effectum? Suspensio de excommunicatione eundem operatur effectum circa pensiones ac circa beneficia, quia pensio post Pium 5tum est titulus et redditus

cere ecclesiasticos, et suspensi inhabiles sunt ad acqui-
rendum jus in redditus ecclesiasticos, et nonunquam ad eos
percipiendos, etsi jam radicem juris et titulum habeant,
ut dictum est de iis, qui a beneficiis sunt suspensi.
Hinc invalida est pensio suspenso collata, et tenetur
pensionis fructus suscepte restituere, qui vi suspensionis
teneretur fructus beneficii restituere.
An acta per suspensum valida sint? acta a suspenso
denuntiato, contra suspensionem facta, vi jurisdictionis
requirunt sunt invalida. Unde invalida est absolutio
data ab eo, qui ab officio suspensus est, et nominatim
denuntiatus. Si vero jurisdictionem proprie dictam non
requirant, validi sunt, ut ordinatio, consecratio virginum, confir-
matio, et actus suspensi nominatim non denuntiati licet
sint prohibiti; tamen validi ex constitutione,
ad evitanda scandala, quod spectat ad effectus suspen-
sionis per accidens, constat eo, qui suspensionem violant
peccare mortaliter, nisi excuset materiae levitas. Difficultas
Ita Difficultas est an et quando suspensionis violatores irregu-
laritatem contrahunt, sit proinde
Regula unica: qui solemniter exercet ea, quae sunt ordinis sa-
cri a quo suspensus est, is et solus ea suspensionis violatione
irregularitatem incurrit. Quod incurrat patet ex c. 1. in sexto
Decretalium, quod etiam in hoc solo casu incurrat, patet
etiam, quia poena haec, nullibi contra alios cujuscunque sus-
pensionis

violatores legibus. Quaeritur Utrum regula haec extendi pos=
sit etiam ad actus ordinis minoris et alios? Resp: 1o. Nomine
ordinis sacri comprehenditur quoque actus ordinis minoris,
quia propositio indefinita aequivalet universali; et licet
actus minorum ordinum promiscue exerceantur a laico, si ta=
men clericus ab ordinibus suspensus exerceret suum ordinem
fieret irregularis. Unde definivit Joannes Lidner, Collet
autem dicit, suspensionem secundum hodiernam praxim,
ab iis solum incurrere, qui sunt in sacris, unde cum in sa=
cramento poenitentiae praemittitur absolutio a censuris,
ommittitur vox a vinculo suspensionis, nisi poenitens sit
ad minus subdiaconus. R: 2o. Suspensus ab ordine, nec
peccat, nec irregularis fit, si mensam benedicat, aut choro cum
aliis interfit, secus si juxta Ecclesiae solemnitatem benedi=
cat aquam die Dominica aut ceras v.g. die festo Purifica=
tionis, fructus, item nuptias, aut mulierem post partum. Item
si orationes canendo praemittat Dominus vobiscum, quia
haec omnia sunt totidem sacri ordinis functiones. R: 3o. Sus=
pensus a jurisdictione, aut beneficio non fit irregularis, at pec=
cat, si vero ea, quae jurisdictionis sunt exerceat, ferendo,
v.g. censuras absolvendo in foro exteriori etc. etc. vel benefi=
cii, si fructus recipiat, aut etiam missam celebret, quia non

violat